

Jacobi Wimpelingii  
**Argentiniensium Episcopi**  
porū Cathalogus; cū eorundem vita atq;  
certis historijs; rebusq; gestis; &  
illustratione totius fere  
Episcopatus Argēn.



Argentinae per Joan. Grieninger  
1508.



**Dux cleri : Patrię princeps : Gouilhelme disert.,  
Tū meus es index : sis operisq; mei.**


**R**euerendis ac clarissimis do-  
minis: Philippo de Dunoba

roni & Praeposito: Hoiero de Barby Comiti &c Deca-  
no: Vuolfgango Baroni de Hewen Cantori: Friderico  
Bavariae duci Camerario: Henrico Comiti hennenber-  
genſi Scholaſtico: caeteriſq; nobiliſſimae argentinenſis ec-  
cleſiae Canoniciſ: dominis ſuis colendiſſimiſ: Iacobus  
Vuympeling de Sletſtat: chriſtianae theologiae Licentia-  
tus: ſeſe comendat.

**R**ogavit me plus ſemel Jo-  
hannes Keiſerbergius: eccleſiae vſtrae praedicator  
conſtatiffimuf: vt Cathalogũ epõr; argentinẽſiũ: vſq; ad  
noſtra tempora colligerem. In qua etiã re: Eric enbaldus  
doctiffimuf epifcopuf: & poſt ipſum: Iacobuf de Künigf-  
houn: argentinẽſiſ chori praebendarituf: operã natarũt.  
Doluit praceptor meuf: tantof diuum hor; laboreſ negli-  
gi: & ipſof ſpe ſua fruſtrari: qui procul dubio ſperabant  
aliquãdo futuroſ: qui ceptum a ſe cathalogũ: elucubrãdo  
pſequerẽtur. Ego quoq; apliffimiſ honoribuf dignoſ ex-  
iſtimantof: qui noſtri epifcopatuf fundamẽta iecerũt: ec-  
cleſiã auxerũt: nomen ornarũt. Eriſ ipſi beatitudine ſua:  
iam inter ſũtoſ contẽti ſint: noſtra tamen intẽreſſe credi-  
di: vt illoſ pro egregiif ipſor; in poſteroſ meritif: patrũ  
loco colamuf: atq; veneremur. Quẽ mõ autẽ venerabilif-  
ſimuf: quomodo laudibuf noſtriſ ornabimuf: quorũ non  
ſolum vita ſed & nomina ipſa ſepulta fuerunt. Itaq; vt pre-  
ceptorĩ meo (cui nihil negare poſſum) morem gererem: cõ-

fiſus etiam veſtris clementijs : me non mediciter grati-  
ficaturū: quicquid ex hiſtorijs: legendis: annalibus: & epita-  
phijs: a primo antiſtite Amando: vſq; ad hūc noſtrū Guil-  
helmum textū: de noſtrorū præſulum moribus: reperire po-  
tuit: per breue epithoma decerpi . Nec tamen quorundam  
imperfeciones: aut fragilitates: vt homines non angeli ſu-  
mus omnes) obmittendas eſſe iudicauit: vt tum aliena laus  
ad recte faciendum: alliceret: tum vituperij metus: a ſcleris  
bus poſſit auocare ſucceſſores . Neq; hæc imperfectionum:  
aut viciorū cōmemoratio: fame aut animab<sup>9</sup> illorū officit:  
ſiquidem illos penituiſſe : & errati veniam confeſſos eſſe  
præſumendum eſt . Quid damni affert: quid maculæ  
inurit diuo Petro : q̄ de ipſo legimus atq; cantamus : q̄  
ter Chriſtum negarit : q̄ deteſtatis ſit : & anathematiza-  
uit : Exemplum accepimus a Gregorio : a Platina : qui  
defunctorum vitam recententes: flagitia ſilentio non trāſie-  
runt . Exemplar accepi a Roberto Gaguino : qui vitam  
regum Galliæ deſcribens : Ludouico vndecimo ( qui Al-  
ſaciā olim abſq; omni culpa vaſtauerat ) vicia tribuit mul-  
ta : virtutes paucas . Suſcipiant humaniter & pie: Illuſtres  
domini : clementiæ veſtræ : Cathalogum breuem: plano  
& trito ſtilo a me exaratum . Futuros arbitror : qui indies  
maiora ſint addituri : atq; vt id olim faciant : enixe roga-  
mus : ad gloriam epiſcoporum & eccleſiæ veſtræ ſempi-  
ternam . Ego me veſtris reuerendis dominationibus: huc  
millime cōmendo . Pridie Calē. Ianuarias: Anni Chri-  
ſti milleſimi quingentelimi octauī .

# Prologus in Cathalogū Episcoporum Argentinensium



**A**lſatia (que olim hel  
 uecia vocata eſt) duo ſunt epiſcopatus: Ar  
 gentinenſis Maguntine; Baſileenſis: Biſe n  
 tine prouinciary: Argentinenſis tēporibus  
 Dagoberti francoꝝ germanoꝝ regis: or  
 tū habuit; qui Amandū ex traiecto vocas  
 tum : primū huic eccleſie antiſtitē preſecit. Nō qd' ea pri  
 mū etate in Alſatia Chriſti religio florere iccepit. Nam  
 poſt dñi aſcenſionē; diuus Petrus: euangeliū Romæ pre  
 dicans; memor iſtoꝝ dñi verboꝝ: Mellis quidē multa  
 oparij aut̄ pauci : diſcipulos ſuos ad p̄dicandū exhortatus  
 Apollinare ad Rauennā : Marcialē in Aquitaniā; Man  
 ſuetū Tullā; Meniū nobile romanū; a ſe in ep̄m conſe  
 cratū; cū Dionyſio & Maximiano ad Gallias deſtinabit:  
 teſte Petro ep̄o equilino; & Aenea ſiluiſo de ritu & mori  
 bus germanoꝝ: Licet Baptiſta mantuanus in vita Dio  
 nyſij; ipſum a Paulo p̄ viſū; ad gallos miſſum; aſſimet.  
 Petrus quoq; Maternū cū Eucharis & Valerio; in tranſ  
 alpias germāie p̄tes: p̄dicatōis gratia trāſmiſit. qui trāſmiſ  
 ſis alpiſ: venerūt in hāc Alſatiā Germāie p̄uiciā: cepe  
 rūtq; incolis p̄dicare verbū dei. Qui vidētes ſigna & vir  
 tutes: quas faciebāt; cōuerſi ſūt ad dñm. Maternus igitur  
 auxilio fidelitū: quos cōuerterat: locū inſignē nouientim  
 (iā aprimonanſenū vulgo eberſheim münſter) in quo ce  
 lebre deoꝝ templū erat: a Iulio etiā Caſare pro gallis a ſe  
 deuictis: gratias dñs agēte : viſitatū; inſurgens; aras & ido

*Aenea  
ſiluius  
in euro  
pa*

*Petrus  
mirus  
diſcipu  
los ad  
p̄dicandū  
dum.*

*Ex cat  
thologo  
Petrus  
Eneae  
ep̄ſcopus  
equilini  
Aeneas  
ſiluius  
Bapti  
ſta man  
tuanus*

*eberſhei  
münſter  
er.*

## PROLOGVS

**Ia defunctus:** Mox descēdens Argentoracū: cūtes idolatrię  
 arguebat: qui ira succensū: haud absq; iniuria: ip̄m cum  
 suis discipulis: extra urbē eiecerunt. Hīj vero repulsā hāc  
 dño dno cōmittētes: pristinū mātionis suę locum: repetere  
 tentabant. At Maternus in ip̄so itinere: ex valida febrī vi  
 ta defunctus est. Quē trans Alsam: discipuli maxio cū lu  
 ctu in loco inculto & deserto: sepelierunt: qui in hodiernū  
 vsq; diē Elegiū: vulgo nostro Ele. ppter elegos & lamēta  
 tiones ibi profusas: appellatus est. Mox Eucharis & Va  
 lerius: magistro suo orbatū: Romā ad diuum Petrū redire  
 fratru: & illuc quod mirabile est dictū) quindecim die  
 rum spacio venerunt. Petrus cognita Materni morte: pie  
 illos cōsolatus est: & iubens: vt festinatē redirent: certio  
 res eos fecit: Maternū esse a mortuis resuscitādū. Datq;  
 is baculo suo pastorali ( de quo probatissima glosa ca  
pitulī de sacra vinctōe cōmemorat) iussit ip̄m in defuncti  
 manus impōi: cū his verbis: Frater Materne: Petrus apo  
 stol⁹ dñi nostri Iesu Christi: hec tibi denūciat: vt in nomie  
 patris & filij & spūs sancti: resurgas ac iniunctū tibi predi  
 cationis officiū pagas. Dehinc bñdictōe sua cōmunitos:  
 alacres a se dimisit. At illi sūma cū festinatōe (vt iussu fue  
 rant) pgentes: decima quinta die: deuoto in Helueciā: nūc  
 Alsatia: vñ venerāt: reuertūtur. Cōtrocantēsq; fideiū tur  
 bā: illis retulerunt: quicquid a diuo Petro dictū factum  
 ue fuisset: simulq; ad manus veritatis iudiciū: baculū eius  
 ostenderunt. Quē videntes cuncti fideles: magna cū letis  
 cia: pie ac deuote exosculati sunt. Profectiq; in Elegiū: ad  
 beati Materni sepulchrę: terrā effoderūt: & loculū aperiē  
 tes: corpus eius inuenerunt illesū: atq; integrę: perinde  
 ac si eadē die sepultū primo fuisset. Eucharis vero & Va  
 lerius: baculū Petri in manus ei tradunt: cū verbis paulo

Da  
 ternus  
 ex Ar  
 gentia  
 episcopus

Da  
 ternus  
 morif.  
 el: giū  
 vulgo  
 ele.

De sa  
 vnc. ca.  
 astipus  
 lanus.



ante expressis. Maternus etestigio : quasi de grati sōno  
 excitatus: oculos aperuit; manusq; baculū tenēs; ad coelos  
 eleuauit. Cōfestim clamor ingēs fidelīū qui aderāt: attol  
 litur. Christuſq; ore cunctorum bñdicitur & predicatur.  
 Nec mora: cōfestim huius rei: irreuocabilis fama volat:  
 agrosq; & villas: castella cōplet et vrbes: sit cōcurſus mul  
 titudinis vtriusq; sexus: certatimq; sese fidei signo insig  
 ni ri: & baptismi sacris iniciari efflagitāt. Quibus sc̄tus Ma  
 ternus sin gulis: manus imponēs; atq; bñdicēs: in nomīe  
 sancte Trinitatis baptisauit. Sup̄edificara est ibidē eccles  
 sia: ad quā in hodiernū diē: populus cōstitit: p̄cipue tamē  
 sabbatho ante dñicā lubilate vsq; in ter: iū diē: ob pctōre  
 veniā: a sūmis p̄ōficibus: illuc proficiscētibus cōcessam.  
 Locus ipse q; i hodiernū diē: a vulgo Ele qd' elogio qua  
 drat: vocatur: ab Alſatię lantgrauio: Guilhelmitis argen  
 tinēſibus postea traditus & cōmissus est. Maternus deide  
 urbē Argentinā igressus: multos ciuīū cōuertit ad fidē:  
 eorūq; auxilio: ecclesiā extra portā cōstruxit: que vsq; in  
 hodiernū diē: sancti Petri senioris nomē habet. Alterā etiā  
 basilicā: in eiusdē Petri honorē (rogātibus Christifidelis  
 bus) iuxta Mollesheim extruxit: q; latine domus Petri:  
 vulgo theutōico Donsprieter appellata est. In eandē qui  
 dā sarcofagus olim translatus est: in quo reliquias dñe  
 Petronellę recōditas fuisse: populares arbitrātur: persuasit  
 q; vim aliquā p̄manſisse: ex sacrae cōtactū reliquiarum:  
 eos qui febris laborant: in ipsum collocant: & quotquot  
 in ip̄o somnū cōeperint: cū expergiscūtur: a morbo isto  
 librari putant: cuiuscunq; in illo lapide corpus: recondi  
 tum fuerit. Est in ip̄o inscriptū sequens: antiquissimis ca  
 racteribus Epitaphium. •

Restu  
 ſicatur  
 Da  
 ternus

Da  
 ternus:  
 Argen  
 tineses  
 cōuertit

ecclesia  
 ſeri Pe  
 tri seni  
 oris.

Don  
 sprieter  
 dedicat

## PROLOGVS.

Memoriæ Terentiæ Augustiæ coniugi sanctissimæ  
Iustus Iustinus maritus eius: Ti Oceanus & florida matri  
pientissimæ.

Sub  
Hieronē  
Christi  
fide: in  
alsatia,  
incepti.

Reli-  
gio xpi  
a gram-  
nis exti-  
nguitur.

Reli-  
gio de-  
nuo flo-  
ret.  
Lora  
germa-  
nia con-  
uertit.

Veritatē vtiq; verba hec pre se ferre videntur. Itaq;  
Neronis & Petri tēporibus: nō Mauricij primū aut Gre-  
gorij magni: seu Dagoberti regis ætate: christiana reli-  
gio in Alsatia florere cœpit: quāvis cūrsu tēporis sit inter-  
cepta. Cū enim post diui Materni predicatōem: nostras  
tes in Christū credere cœpissent: & fides vsq; ad annos cē-  
tū & quinquaginta: in filios & nepotes: propagata fuisse:  
nihilominus propter diras fidelitū psecutōnes: q̄tras a  
paganis impatoribus: Christi nomē delere: & deorū cultū  
tūā cōseruare sperātibus: Alsatici v̄ Helueticj sustinebāt  
ab assumpta in dies religione defecerūt: & ad pristinā pas-  
ganorū sectā regrediuntur: vsq; ad tēpora Clodonei: pri-  
mi regis frācorū: & tū deniq; cōuertūtur: anno a Christi  
natali quīngentesimo. Postea vero vniuersa Germania  
a Bonifacio archiep̄o magūntino: quē Gregorius miser-  
rat: ad verā vnits dei religionē illustratur: sicut & testis est  
Aeneas Silvius de ritu & moribus germanorum.

Nunc ad primū Argenteracensiu antistitē descendas  
mus Amandū: quāvis incerto rumore q̄nq; intellexerim:  
fuisse in terris nostris aliā sedē & ecclesiā episcopālē: priorē  
argētineis atq; antiquiorē: vtpote in Hohenovue: quę  
postea ppter Rheni alluionē in Rynovæ: et deinde ad dis-  
tui Petri senioris eadē translata est: vt in seq̄ntibus explicas-  
bitur. Verūtū cū apud honestos & fide dignos: rēpli fans-  
cti Petri senioris: tum canonicos: tū vicarios: sollicitus in-  
dagarem: ex illis audiui: nihil sibi de hac re certo cōstare:  
nec esse vlla apud ecclesiā suam corpora episcoporum: sed  
duntaxat quorundam abbatum.

# Amandus ex Aquitania: pa

tie Sereno : & matre Amancia : natus : primum in Ogy  
 am insulam : a littore maris oceani : quadraginta miliari  
 bus distantem : venit . Diui Martini sepulchrum : cum  
 summa deuotione uisitauit . Almam Romam deinde pe  
 tijt : & illic a sancto Petro : per uisionem admonitus : in  
 terras suas : ad praedicandum redijt . Dagobertus autem  
 Austrasiorum & Alfaciorum rex : cognita sanctitatis &  
 virtutum Amandi fama : ipsum : ut ex Traiecto uocatus  
 primus argentinensis ecclesiae antistes perficeretur : effecit  
 anno Christi quingentesimo nonagesimo sexto . Argens  
 tina enim ante hos annos : sub episcopatu metensi fuerat .  
 Dagoberti filium Amandus baptisauit : eiusq; nomen Sig  
 gifbertus indidit . Claruit adhuc in carne uiuens : multis  
 & magnis miraculis : uigilijs et orationibus deditus : pra  
 dicando clarus et perspicuus : inter caetera pietatis opera :  
 potissimum ad redimendos captiuos : inclinatus et prom  
 ptus fuit . Considerans autem sermone suos in quibusda  
 argentinensibus : praecipue opulentioribus : parum esse effi  
 caces ( surdae enim nonnunquam sunt diuitum aures etrange  
 lio ) teporem illum : et infirmam fidem : subiectae plebis  
 fugiens : ad monasterium redijt : a se aedificatum : cui ex  
 nomine flumioli preterlabentis : Heluonis uocabulum he  
 sit : quo loco ipsum : Dagobertus antea donauerat . Hec  
 ex Vincentio : ex Roberto Gagrinio : ex historia sancti Pe  
 tri senioris : deprompta sunt : atq; excerpta . Nihil enim in  
 hunc Cathalogum inseretur : quod non uel ex historijs :  
 annalibus : chronicis : litteris : testamentis : epitaphijs : uel  
 ex probatissimis testibus : fideq; dignissimis auctoribus :  
 competum sit : atq; exploratum .

Diui s  
 res rar  
 di ad  
 creden  
 dum  
 Chri  
 sto .

## AMANDVS

Obijt ex febre: Anno ætatis suæ nonagesimo: octavo  
 Idus Februarij: anno Christi sexingentesimo sexagesimo  
 primo. Petrus Venetus: episcopus Equilinus: in suo  
 Cathalogo: inseruit vicessimũ: post sexingentesimum  
 annum. Et si exactissimam fecerim diligentiam: in colli-  
 gendo nostratium episcoporum Cathalogo: in ipsis ta-  
 men annis: non potui concordare per omnia inuenire scri-  
 ptores. Parũ referre videtur: quoto quisq; anno: mor-  
 tem obierit: aut quot annis: sedi huic præfuerit: dũmo-  
 do de vitæ & morum: rerumq; aliarum gestarum statu:  
 ab ipsa comperta veritate: non deuiemus.

*Eno-  
bium  
ichurce  
ranum  
tuoaf.*

Ante hæc tempora: anno Christi sexingentesimo tertio:  
 erectum est cenobium Schutteranum: a regij sanguinis  
 viro: Osphone Anglo: ætate sancti Gregorij: qui An-  
 gliam paulo ante: consortem effecerat fidei christianæ.

Et anno Focæ Imperatoris primo: Ospho ille: propagã  
 dæ fidei causa: ad Germaniam profectus: monasterium  
 (de quo diximus) in sanctæ Trinitatis diuãq; Mariæ dei  
 matris: honorem: legitur exædificasse. Eiq; Osphonis  
 cella nomen indidit: quod temporis cursu: per varias ca-  
 lamitates: & incendia (quibus ille locus iacturam passus  
 est) oblitteratum fuit: & a stultio qui interlabitur: Schut-  
 teræ vocabulum successit. Creditur hic Ospho: in eodẽ  
 monasterio sepultus. Qui et viuens in littore Küntziche:  
 arcem sibi pro sua mansione extruxit: quam Osphonis  
 burgum: appellauit. Argentum sub terra repertum effo-  
 dit: monetam excudit: quam ob Angliæ memoriam:  
 imagine angeli: crucem utraq; manu ferentis (quali appa-  
 ratu primos anglorum conuersores: incessisse: Beda tes-  
 tatur) insigniuit. Eius monetæ nummi vsq; in hodiernũ

*Osfo-  
burgũ  
extruxit.*

diem : nostra lingua Anglici : vel antiqui Offobürgenses  
appellantur .

Ante hanc quoque ætatem : circa annum Christi sexingen-  
tesimum : diuus Sygebaldus : metensis olim episcopus :  
fundauit ( quidam dicunt reformauit ) monasterium or-  
dinis sancti Benedicti in Nouo Villari . Quod postea : Leno-  
bium i  
Niuwe  
ler fun-  
datur .  
anno Christi millesimo quadringentesimo nonagesimo  
septimo : temporibus Alberti argentinensis episcopi : aũ-  
thoritate Alexandri sexti papæ : in ecclesiam collegiatam  
translatum est : Sicut et paulo ante sub eodem Alberto :  
auctoritate Sixti quarti papæ : cenobium Saltzense : a di-  
tra Adelheide : Othonis primi : sanctissima coniuge ( cuius  
dos erat ) institutum : & a fundamentis erectum : in  
collegium secularium clericorum : fuerat transmutatum .  
Adelheidis fundatrix : abbatem ibi præfecerat Ezeman-  
num : humana & diuina sapientia doctum : quem in di-  
uinis litteris habere voluit assidue præceptorem . Locum  
ipsum : præsentis Othone tertio : suo nepote : a Vuilde-  
rolfo Argentinæ ciuitatis episcopo : quarto decimo Calen-  
decbris : ad honorem dei : & apostolorum principis :  
consecrari impetravit .

Leno-  
bium  
Saltz-  
ense fun-  
datur et  
dicatur

Adel-  
heide  
Impe-  
ratrix  
theolo-  
gus ha-  
bitus  
episcopi

II. **E**ustus doctus fuit in Sa-  
cris litteris : fecit enim explanationem in Cantica cantico-  
rum : cuius exemplar : in monasterio canonicorum regula-  
rium : in Drutenhusen inuenitur .

Sedit annis duobus .  
Obijt  
Sepultus

III. **M**aximus

Sedit annis octo  
Obijt  
Sepultus

# V Valentinus

.III.

Sedit annis quinque  
Obijt  
Sepultus.

Hos tres antistites Iuliu. Maximianu. Valentinu inuenimus sanctos appellari: et cu diadematis depigi: crediturq ipsos inter ditos esse receptos. Quid nam maius quid laude dignius de eis potuit dici?

# S Sclarus

V

Sedit annis sex  
Obijt  
Sepultus

B



VI

# Arbogastus ex Aquita

nia in Helueticorum prouinciam ueniens: propter preclaras virtutes et vite sanctitate; Dagoberto regi: arctissima familiaritate et intima amicitia ita coniunctus est: ut prudenti suo consilio et utili conuersatione peculiari ter ueretur: eum in argentinensis episcopatus sedem: sublimaret: ubi multis annis religiosissimè: uicēs: ecclesiā saluberrime rexit: mirifice augmentauit: & multa miracula fecit. Nam diuersis morbis grauatōsanitati restituit. Demones ab obsessis corporibus eiecit: flumini extra argentinenses muros: prope sacellū (quod ibidē sibi contemplatiōis causā construxit) siccis pedibus pertransiuit. Dagoberto unicum filium: in uenatione ex equo precipitatum: ex mortuis suscitauit: pro quo beneficio cum aurum & argentum: preciososq; regis thesauros cōtēneret: Rubiachū oppidū cum populo: pagis: & uniuersis possessiōib; (quod ob id usq; in hodiernū diem: superius munus datū appellatur) in remuneratiōem accepit: & episcopati argentinensi in diuini cultus augmentum tradidit. Arbogastus etiā Dagoberto frācorū germanicorū regi gloriosissimo: persuasit: ut monasterio Schutterāo curiē seu curiā aut preliū in pago Harlshā Basileē diocesis dono daret. Unde et in singularis monasterij illi; benefactores: et apud ueteres et apud recētiōres Schutterāos monachos: imaginib; depictus est. Postremo diē sibi intelligēs imminere extremū: saluatorē nostrē imitans: sepulturā sibi extra urbē: in monticulo quodāq; hodie sc̄ti michaelis dicit; fieri iussit: sp̄m meritis plenū: deo cōmēdatū: hic i cælo collocatus: sc̄tus pro nobis intercessor existit. cuius patrocinij hodie mortales ad eū cōfugiētēs: ab aduersitatib; et piculis liberati p̄fētur.

Rubia  
cū lo  
cis uic  
nis dat  
a Dago  
berto ip  
si arbo  
gasto.

De his  
beim

# FLORENTIVS

Sedit annis viginti septem

Obijt Anno dñi Sexingentesimo Sexagesimo octavo

Se pulus extra urbem in loco Caluarie: exemplo Christi: postea transfatus est: partim ad sanctum Arbogastū: monasterium canonicorum regularium: partim ad ecclesiam collegiatam Sürburgensem.



## Lorentius natiōe Sco

VII

tus: ex nobilibus parentibus ortus: Arbogasto in episcopatu successit: & sub Constantiāte Romanorū: Dagobertoq; Germanorum rege: argētinesem ecclesiam feliciter gubernauit: dei amore: patriam: parentes & hereditaria bona: in adolescētia ipsa sponte reliquit: et vt carnis illecebris liberitus reuignaret: voluntarie paupertati se subiecit: cū Arbogasto: Theodato atq; Hildulfo viris sanctissimis: eiusdem propositi socijs: helueticorum fines attigit: et i eo loco: vbi ritulus (qui ab incolis Hasela nuncupatur) Vosago terminum ponēs: statio cui nomē Bruscha est: illabitur: in secessu et solitudine: quiescēdi sibi locum elegit. Vbi cum vigilijs oratiōibus et ieiunijs vitam ageret deuotissimā: multa deus per ipm miracula operatus est. Nam siluestribus feris: quæ agellū labore manū suarū ibidem excoltū: & modico semine conspersum detrahebant: nō solum mādauit: vt segetem vltius non attingerent: verum etiam eas sibi mansuetas & domesticas fecit: vt quum in venatione fugarentur: ad eum tanq; protectorem confugerent. propter quod indignati venatores: multis opprobrijs virum sanctum affecerant: pugnis & fustibus egedēs: palliū raperunt. pro quo scelere in palu

Hasela

Bruscha

## FLORENTIVS

de profundo limi ex diuina vltione immobiles: vt trūci: at  
 fixi sunt: Vbi quum aliquādiu inhererēt: facti penitentes  
 & vniā a beato Florētio postulant: liberati sunt. Cum  
 autem istius euētus fama: ad regis peruenisset aures: equū  
 regio apparatu splēdidū: continuo ad ipm transmittit: &  
 vt ad se veniat cū honestioribus curiē suē ministris obse  
 rat. Florētius autē pompam istam respiciens: super asellū  
 humiliter ad eum proficiscitur: & dum adhuc in itinere  
 esset regis filia a natiuitate muta & cæca: viri sanctitatem  
 experta: visum & loquelam ab eo accepit. aduentumq;  
 eius priusq; eum videret patri nūciauit. Cum autem regis  
 ingrederetur: pre nimia exultatiōe: qua ab rege & vniuer  
 sa familia suscipiebatur: clamorem suū quā nemo excepit  
 solaribus radijs: perticē officium implentibus: miraculose  
 affixit. Deinde rex locum istum: quem primo sibi in Hel  
 uetia inhabitādū elegit: & edificiū quod amoenitate lo  
 ci captus apud Troiam quasi Troiam nouam nunc Kir  
 cheim dictam: miris impēis construxerat: ei in retributio  
 nem donauit. Tādē cum diu virtutibus plenus: ecclesiā  
 & plebem cōmissam fructuose rexisset: cōsumato vitę suę  
 cursu: vita functus celestibus coniungitur: & in sua a suo  
 clero ecclesia: reuerenter sepultus est. Post temporis vero  
 interuallum: corpus eius ad locum nemoris quē primo in  
 habitauit: Recho Argentinēsis epūs: diuino cōmonitus  
 oraculo transulisse dicitur: vbi multa per ipm beneficia  
 mortales acceperunt: nam pueram egritudine grauatum  
 sanauit. Terrę solis ardore exaste sterilisq; : pluuiā: & alio  
 tēpore nimia pluuiā dissolutę: serenitatem: hominibusq;  
 belli tempore pacem a deo impetravit. Incēdia etiam plu  
 rima adductis reliquijs suis extincta sunt. Et vsq; in hodi  
 ernum diem: multi calculo et hernia laborantes: sese meri  
 tis suis adiutos & leuatos esse crediderunt.

kircheim  
donat

## FLORENTIVS

Sedit annis duodecim

Obijt Año Christi Sexingētesimo septuagesimosexto  
Sepultus ad sanctum Thomam: Postea vero post centū  
et quinquaginta annos Recho episcopus Argentinensis:  
iplius reliquias ad Hasela vel transtulit: vel transferre co-  
natus est.

**A**asoaldus

**VII**

Sedit annis Sex:  
Obijt  
Sepultus

IX **G**ulfus

Sedit annis octo;  
Obijt;  
Sepultus;

X **M**agnus hic Legitur de  
insigni prolapia ortus fuisse.

Sedit annis sex  
Obijt  
Sepultus

**A**ldus claruisse tempore **XI**  
Herachij scribitur.

Sedit annis viginti vno.  
Obijt  
Sepultus

**G**aroynus

**XII**

Sedit annis septem  
Obijt  
Sepultus

## GAROINVS

Circa hæc tempora Anno christi Septingentesimo Qua-  
dragesimo Nono: Fundatum est & erectum Monaste-  
rium Suartzaha ordinis sancti Benedicti (nomē tunc ha-  
bens arnolfesburgia) A Rūthardo comite Zaringen-  
si: in alijs inuenio Alfacie.

XIII **L** Andebertus

Sedit annis Sex:  
Obijt  
Septima

**R**otharius legitur ante **E** XIII  
 pikopatam strenuus fuisse in militia seculari.

Sedit annis Quinq;  
 Obijt  
 Sepultus

**R**odobaldus

XV

Sedit annis tribus  
 Obijt  
 Sepultus

XVI

**M**agnebertus

Sedit annis quinque  
Obijt  
Sepultus

XV  
II **L**abyolus

Sedit annis septem  
Obijt  
Sepultus

**G**endoaldus.

XV  
III

Sedit annis quattuor

Obijt:

Sepultus:

**G**endo. Hunc legimus da XIX  
ri ingenij fuisse.

Post hunc in quibusdam annalibus: Vto primis re  
peritur septem annos ecclesie preffuisse:

**U** Co. I. sedit annis septē quā  
uis in quibusdam chronicis; hunc Vtonē post  
sex sequentes episcopos; repererim.

XX

Excusa  
tur an  
sistites  
nri de  
quibus  
nihil se  
ripit v  
uentur  
dupli  
ratione

De horum & aliorum quorundam episcoporum pas  
tria: genae: vita: morte: ac sepulchris: pene nihil offendere  
potui. Fieri potuit: vt ob eorum virtutem et modestiam  
(qua laudes humanas parauere) humilibus eos sepul  
tatis: absq; monumentis: et inscriptionibus: contentos fu  
isse. Quippe qui et nominum suorum: rerumq; gestarum  
memoriam: non appetebant in terris: post mortem  
sua celebrari: sed apud deum: nomina sua: in libro vitae  
scripta: sibiq; sempiternā pro bonis operibus mercedem:  
redditam iri: et certo sperabant: et in eo conquiescebant.  
Nisi forte venerabilium illorum patrum aetate: vixerint  
etiam homines: inertes: sordidi: seordes: non litteris: non  
honestati: sed ocio: pigritiae: ignauiae: somno ventriq;  
dediti: qui neq; bene de se meritorum antistitum: deus:  
laudem et gloriam: magnipenderunt: nec pro eis illustrā  
dis: labores perferre potuerunt. Sed suis delicijs et que  
stu contenti: nihil de alieno splendore propagando: nihil  
de posteris erudiendis: cogitarint. vicijs marcentes: sine  
affectione ad deum: sine foedere ad proximum: sine amo  
re ad rempublicam. In auro & argento corradendo: strē  
nui. In bacho deglutiendo: crebri. In mulierum amplexu  
feruidi. Tepidi in ecclesiam: ingrati in patriam: impij in  
episcopos: a mutis bestijs (quas natura pronas: et ventri  
obedientes sinxit) parum differentes.)

Sedit annis sex  
Obijt  
Sepultus

**Icgernus. hic cellā mo**

nachorum: que iam Ettenheim münster  
vocata est: de rebus beate Marię fundavit:

de quo in testamento Heddonis: referemus.

XXI

Cella  
in ora  
chori  
fundat

Sedit annis quinq̄.

Obijt

Sepultus

# Andelfridus. hunc inue

ni a deo; añcessoribus suis adiūctū esse. Quāz  
tis Hedlo successor: in suo testamēto: negligēz

XX

II.

ex epō  
rum ne  
gligen  
tia qd  
mali  
oritur

tiam eiūs taxari: hec quanta rerum ecclesiasticarum ias  
ctūra: quantum diuini cultus decrementum: quātus mo  
nasticę deuotionis tepor: quanta clericalis honestatis rui  
na: quanta deniq; animarum pernicies: ex episcoporum  
hallucinatione ac negligentia: originem sumpserunt.

Sedit annis quattuor?

Obijt

Sepultus

**H**eddo filius comitis Ra-  
 benburgij edificauit oppidū Ettenheim. Qui  
 magni fuit meriti apud deū: & vitax: prelatos  
 & canonicos argētīnēses: ob symoniā: quā in cōferēdis  
 prebendis exercebant: corripuit: sed cū ei nō adquiescerēt  
 Romā pergens Carolo magno: labē hanc rebellīū cano-  
 nicorū detexit. Carolus edicto (quod hodie inter bullas  
 & instrumenta reliqua in archiuis ecclesię argentinen-  
 sis: repositū esse dicitur) precepit: ne quisquā de cetero per sy-  
 moniā: in ecclesiā illā recipiatur. Hic Heddo: quondam  
 abbas Augię fuerat a Pirminio institutus. Postea a Caro-  
 lo rege: in episcopū argentinensem: promotus est. Condi-  
 dit tandē testamentū: in quo peccatorē se nominans: con-  
 queritur monasteriolum in nigra silua: seu malis hercinio  
 nemore: monachorū cellā appellatum: & a suo aſcessore  
 Vnicgermo de rebus beate virginis erectū: predeceſſorum  
 suorū negligentia: desolatū fuisse: illudq; renouans: cōsen-  
 tiente Pipino rege: monachos illic sub sancti Bñdicti re-  
 gula degentes: cōgregauit: quorum primus abbas Hil-  
 dolfus ab eo constitutus est: assignatis in stipendiū oibus:  
 que ab Ernesto duce in diuersis Brisgaurię & Montēno-  
 gię villis: predijs: & pagis ccc. acquisierat. Oppida etiā que  
 dam & villas: que ad ecclesiam argentinensem: & ad eius  
 fiscū attinebant: & prata: piscinas: molendinas: & piscatio-  
 nes dimidias: & mancipia perpetua: cunctem q; vnam in vr-  
 be argentinenſi: & hortum cum basilicis: hubis: calis: &  
 decimationibus: & in Marsalla mediam patellam salis: &  
 census: ceteraq; bona: que in Argouia comitibus habē-  
 burgijs tunc subiecta: possederat: largitus est: ac in stipen-  
 diū: quod pro triginta monachis sufficere sperabat: con-

XX  
III.Caro-  
lus ma-  
gnus.archiep-  
munitz  
er desol-  
latur.Ab-  
Heddo  
ne istau-  
ratur et  
magni-  
fice dot-  
natur.

## HEDDO

cessit: atq; ob honorē dñi nostri Iesu Christi: et eius pijs-  
sime genitricis: & omnium sanctorum: quorum memoria  
quotidie ibidem celebratur: pro mercedis eterne vite aug-  
mento: vel pro pace totius prouincię: dedit atq; cōsigna-  
uit: vt cœnobialem vitam agentes: atq; regulę sancti Bñ-  
dicti in omnibus obedientes: pro salute & prosperitate re-  
gum: necnon pro omni christianitatis stabilitate: & reli-  
gione: semper eorū oratio in cōspectu dei: nō desinat fla-  
gitare. Actum est hoc sacrum testamentum: Argētinę ter-  
tio idus Martij: anno vndecimo regnāte Pipino: anno  
vero ab incarnatōe dñi septingētesimo septuagesimo no-  
no. Verę magna horū munerum ab Heddone largitorū  
portio: interim siue hominū siue temporum vicio: huic  
Cenobio adempta est. Heddo etiam cenobitis schuartz-  
a censibus indulgit: vt apud ipsos: externi ep̄i: munera que-  
dam pontificalia: possent exercere.

Sedit annis octo.

Obijt Anno dñi Septingentesimo: Octogesimo.

Sepultus creditur in Ettenheim münster in absida vers-  
sus sinistram: sine epitaphio. Sed in eodem latere: fenestra  
est habens imaginem Heddonis: monasterium beatę vir-  
gini manu offerentis: & in litteris plurimū antiquis scrip-  
tum, Heddo p̄sul argētinē eccl̄ię: renouator huius loci.

**A**ldulfus magna et pre- <sup>XX</sup>  
 clara doctrina peditus fuit. <sub>.III.</sub>

Sedit annis decem;  
 Obijt  
 Sepultus

**R**emigius hic ecclesiã Ar <sup>XX</sup>  
 gentinensem Caroli magni temporibus rexit. Erexitq; et <sub>V</sub>  
 fundavit cœnobium in Aschovie magnificum atq; lau-  
 dabile; magnis et sufficientibus emolumentis; illud do-  
 nans atq; locupletans; ad eundem locum sacras reliquias <sub>ast bar</sub>

## REMIGIVS

Sophiæ: Fidei: Spei & Charitatis: traduxit. Instituitq; ibi dem pudicas virgines que secundum sancti Benedicti regulâ christo militarent: eiq; gratias agerēt. Sperabat ep̄us ille optimus: tam sacram & pudicam virginū conuersationē: Christo Iesu & matri suæ acceptissimam: successorum suorum circūspectione: & pari ad deum affectu: nunquā illic futuram. Hanc Remigium ex Alsatiâ natum: fortis est coniectura. Nam in eius testamento manu scripto (in quo peccatorē se nominat) legitur ipsū possessiones: quas in pago Alsatiēsi: in insula que Aschangia: super fluvium Illā seu Alsam vocatā est: habebat: eidem insulæ contulisse: ad honorem sanctę Marię: quam crebro dulcissimam dominam suam appellat: in animę suę remedium sempiternum. Ad quam etiam insulam: seu cenobium: Radona religiosa dei: & Addala abbatissa: portiones suas in sanctę Sophiæ honorem tradiderunt: Namq; Remigius ipse Argentinensis non Remensis episcopus. sanctę Sophiæ corpus: ab Adriano papa sibi dono datum: & humeris proprijs ab vrbe Roma in hanc regionem allatum cū magno decore transtulit: ipsamq; ecclesiā in Aschatwē a se funditus extractam: in sancti Trophimi honorem dedicauit: sanctęq; Marię cōmendauit. Testamento huic: decimo Caroli regis āno: Idib<sup>9</sup> Marcij a se in vrbe Argēntina condito: quattuor sese episcopi & multi alij testes subscripserunt signaq; sua apposuerunt.

Remig<sup>9</sup>  
Alsanc<sup>9</sup>  
fuit.

Aschatw

Sedit annis viginti.

Obijt anno Christi octingentesimo tertio circa tempora Caroli magni. xij. Cal. April.

Sepultus creditur in Aschangia.

# Recho. hic transtulisse di

XX  
VI

citur partem reliquiarum sancti Florentij episcopi: de ecclesia sancti Thomę ad Hasela. Quāvis sint: qui scribāt: ipsum quidem conatum fuisse: vt reliquias illas transferret: sed fratres sancti Thomę p̄monitos: et dolentes: se tam preciosis reliquijs spoliari: clam cum summa deuotione: tumbā ipsius Florentij aperuisse: & in tabula plumbea: in ipso sepulchro: apud reliquias: recōdita verba sequentia repperisse: In hac tumba sibi sepulturam elegit beatus Florentius. Beatus Florentius caput sancti Arbogasti proprijs cineribus repletū: dedit huic ecclesie: sancto Thomę dicatę. In quā duo priori die deprehensi in furto: ab eculeo per sanctū Arbogastum liberati sunt: fratres itaq; sancti Thomę: reliquias diui Florentij: in aliū locum in quo Recho non esset quesiturus: transtulerunt.

Derelictus  
 quibus di  
 in Flore  
 di.

Sedit annis octo: temporibus Caroli magni

Obijt

Sepultus

**XX**  
**VII** **U**to scribitur fuisse ama  
tor virtutum: peritus: sapiens & bene doctus. natus Argē  
tine: in platea que ab eius nomine in hodiernum diem  
appellatur vtengassen.

Sedit annis novem

Obijt

Sepultus

**C**irca hæc tempora aſino Chriſti octingentefimo qua  
dragefimo quinto: monaſteriū Schwartzaha: ordinis ſā  
cti Benediſti in alium trāſrhenanum locum tranſfertur  
: quoniam a Ruthelino comite: et a vicinis agricolis: exū  
ſtum erat. Fuit autem dudum: anno Chriſti: ſeptingente  
ſimo quadragefimo nono: Pipini autem regis: ſexto: a  
Ruthardo comite Zaringenſi (alii ſcribunt Alſacia) et  
ab vxore ſua Hirminſyn ſe: in pago alſaciendi: fundatum  
et erectum: nomenq; tunc habebat Arnolſefaugia.

**A**lehardus. De hoc legi<sup>XX</sup>  
 tur: quod sua probitas non cesserit honori: hoc<sup>VIII.</sup>  
 est: quod nō minor fuerit in virtute & probitas  
 te: quā in dignitate: & honore pontificali. Magnum de  
 cus prelatorum: cum vt magni & excelsi sunt: in statu &  
 preeminentia: ita etiam magni in virtutibus esse student:  
 ceterosq; excellere iusticia & honestate laborant.

Sedit ahhis septem  
 Obijt  
 Sepultus

**A**delochus. hic ecclesiam<sup>XX</sup>  
 collegiatam sancti Thome instituit: cum antea<sup>IX.</sup>  
 exiguum claustrum: a Scotis monachis religio  
 sis: inhabitatum fuisset: ac plurimis bonis dotauit. anno  
 Christi octingentesimo tricesimo: Sub hoc an. titulet:  
 D

## ADELOCHVS

Colle-  
gium  
domi-  
narum  
i ere-  
heim  
stituit.
 
 Hirmelgardis vxor Lotharij primi : monasterium ordi-  
 sancti Bndicti; p ingenuis puellis : in Eresiheim instituit  
 magnificq; opibus donauit; ac preciosis altarum & ecclesie  
 ornamentis; decorauit. Ad eiuſde quoq; impatricis hono-  
 rem & reuerentiã; Leo Papa quintus; magnas sanctorũ  
 reliquias; (precipue sancte Cecilie caput) per apochyraris  
 tum suum Iosephũ transmisit. Idẽ caput; abbatissa quẽdã  
 per discordiam electa; postea archiepo magmntino tradis-  
 dit; vt electõem suam cõfirmaret. Misit etiã illuc sumus  
 potifex Leo; corpa scõrũ: Sixti pape; Foeliciq; et Adau-  
 cti martyꝝ. De isto cenobio sic scribit Hermannus ordi-  
 sancti Francisci; in sua chronica; quã flores tẽporũ intus  
 lauit. Sed prohdolor tanta moderno tpe; in eodẽ cenobio  
 facta est mutatio; nõ dextere excelsi; sed potius sinistre di-  
 aboli maledicti. In tantũ quod potius possit dici; pstitit  
 lum lascitiẽ carnalis; quã monasteriũ continentie regula-  
 ris; hec Hermãnus. Qui si hodie superstes esset; de simili-  
 bus forsitan locis; pro femineo sexu fundatis; in quibus  
 choreas; stupra; adulteria; (sacris etiã noctibus) in multo-  
 rum scandalũ atq; ruinã exerceri; adulteros sibiq; iunctos  
 feudis ecclesiasticis & seularibus; p venere p̄miani; publi-  
 ca vox & fama est; proculdubio flebilis lamentaretur.

De la-  
scitia  
domi-  
narum  
in ere-  
sheim  
Ber-  
minus  
in chro-  
nica.

Sedit annis decem.

Obijt

Sepultus in tẽplo sancti Thomę; in arca faxea; iuxta sum-  
 mum altare; in choro.

**B**ernoldus Anno domini <sup>XX</sup>  
 octingentesimo quadragesimo: ecclesie argen <sup>X.</sup>  
 tinenli presicitur: De quo legitur: quod puidus  
 fuerit & bene populam argentinensem instituerit.:

Sedit annis septem.

Obijt.

Sepultus.

**U**Co. II. De hoc no inuenio <sup>XX</sup>  
 nisi quod trigelimitis fuerit antistes argentine <sup>XI.</sup>  
 sum: ab ipso Amando. In nonnullis annalibus  
 (etiam antiquis) non repperi hoc loco Vtonem illum sed  
 cum qui sequitur.

Sedit annis nouem.

Obijt.

Sepultus.

XX  
XII.

**R**adoldus vir mirifica sa/  
pientia praeditus: epatum vehementer auxit: & di  
uersis opibus: loca sacra exornauit.

Sedit annis octo

Obijt in domino :anno octingentesimo & septuagesis  
mo octauo,

Sepultus.

XX  
XIII.

**G**Kymoldus

Sedit annis septem:

Obijt

Sepultus

**R**adoldus. II. vir prudens XX  
XIII  
 erat & gemma sacerdotū: appellatus est: hic auxit episcopa-  
 tum: Loca deo dicata: sacrasq; reliquias ornavit: gemmis  
 & auro. Non solum presuit: sed & profuit: quoniam do-  
 cuit opere & exemplis. Devotisq; orationibus subiecit cor-  
 da subditorum suorum: domino deo. Huius vitam lauda-  
 bilem Erckenbaldus Elegia duodecim versuum: sincere de-  
 scripsit.

Sedit annis octo: alij scribunt decem: Moritur undecimo  
 Calendas decembris: anno Christi octingentesimo septua-  
 gesimo quinto: quidam scribunt octavo.  
 Sepultus

**R**egenhardus in Episco: XX  
XV  
 pum successus: anno domini octingentesimo septuagesimo  
 octavo: legitur tantę virtutis fuisse: vt imitatione dig-  
 D iij

## REGENHARDVS

nis sit & veneratione. Cum bona venia & pace domine  
 nostre & virginis Marię patronę suę: ipse precipuum affe-  
 ctum: singulareq; habitus refugium: ad sanctos christi mar-  
 tyres: Cosmam & Damianũ: qui etiã canoni missę inser-  
 ti sunt: dans posteris exemplũ: vt similiter illos implo-  
 rent: colant: atq; obseruent. Eius etate: Richardis vxor Ca-  
 roli tertij: adulterij a marito fuit accusata ipsa autem se per-  
 ignem expurgans: Christi sponsa facta est. In monasterio  
 An dela: vbi hodie militum & procerum filij: Christo  
 seruiunt: cum bono vitę testimonio: honesto habitu indus-  
 te: nec de lasciuia suspectę: vel infam es: nec solum cõmuni  
 mensa fruuntur: sed etiam vno eodemq; dormitorio: cum  
 reuerenda abbatissa ( cui inter se vnamines deferũt) som-  
 num & quietem capiunt nocturnam.

Rich/  
 ardi/  
 s imp/  
 ram/  
 : Laus  
 anoda/  
 cens/  
 collegij

Sedit annis duodecim: mensibus sex: Moritur anno domi-  
 ni octingentesimo: sexto Idus Maij.  
 Sepultus

XX  
 XVI **B**aldramus vel morebana  
 rorum aut aristalium Vualdramus: Argentinensi sedi pre-  
 fectus est: anno domini octingentesimo octogesimo octa-  
 uo. Hic ex Buraria: seu Norica natus fuit: licet alij scribant  
 ex Noruegia (quod minus verisimile est) vir magnificę

sanctitatis: officium episcopale & sacerdotis: per seipsum his  
laniter & lætissime: administravit: deoq; deuote seruauit.

Sedit annis decem & octo.

Obijt anno domini nonagesimo sexto: pridie idus apri  
lis: tempore Ludouici imperatoris.

Sepultus

**O**bertus eodem scilicet nono XX  
XV  
II  
gentesimo sexto anno: euasit episcopus: qui similiter officium  
episcopi impleuit. Pius autem pater: a proprijs sub  
ditis: gladio occisus est: & in numerum martyrum (cuius mors  
preciosa est in conspectu domini) dubio procul creditur as  
sumptus: Committat breui martyrio: hanc miseram: in per  
peram vitam. Expulsus fuit a suo grege: qui tanto pasto  
re dignus non erat. trucidaturq;: anno Christi nonagesi  
mo decimo quarto: tertio Calen septembris: tempore Lu  
douici imperatoris: in Rotenburgo arce: que postea anno  
domini millesimo tricentesimo sexagesimo octauo: a ciui  
bus argentinensibus capta est: atq; demolita: Roten  
burgi  
struit

Sedit annis tribus.

Eius mortem Erckenbaldus: quintus in ordine successor:  
elegiacis versiculis deplanxit.

Sepultus

XX  
XV  
III **G**otfridus Caroli magni :  
ex sorore nepos: doctrina & opere : episcopiū gubernauit  
mensibus dumtaxat duobus: in cœlum ( vt pie creditur )  
assumptus.

Sedit duobus mensibus.

Obijt quarto Idus Nouembris: eodem anno: quo Orbetus interemptus est.

Sepultus.

XX  
XIX **R**ichuinus ex gñe Lothoringi: nobilitate preclarus: profunditate litterarum preclarior: virtutibus autē longe illustrior: in iuuentute sua viuax: in senecta deo deuotus: & spiritualibus exercitijs deditissimus: ad Episcopatum assumitur: anno nongentesimo tertio decimo: temporibus Conradi primi imperatoris.

Sedit annis quindecim : mensibus sex.

Mortem obiit sibi votiuam: & desideratā : suis autē luctuosam: & acerbam. Hic multa preidia tradidit ecclesie sancti Thomę apostoli.

Obijt anno dñi nongentesimo tricesimo quarto : tertio  
Calen. septembris. Quem sc̄tus argentinensis ecclesię cle-  
rus: deposuit atq; sepeliuit.

Circa hec tēpora : anno Christi nongentesimo vicesi-  
mo tertio: Fuit in argentinēsi ecclesia: decanus noīe Eber-  
ardus : vir sc̄tus & cetero amabilis : qui nocte quadā diuina  
voce admonitus est: vt heremitas: apud Heluecios locū  
¶ in quo diui Meynardi cella quondam fuerat inuideret.  
quo cū pfectus esset: Gregoriū illic offendit ep̄m: & An-  
glię regis filiū: quē itidem vt p̄fatū locū peteret: diuina  
vox prouocarat.

Locus  
herenit  
rarum  
in iur  
cia.

**R**uthardus ex S ueuiana/ XL.  
tus : Richuino successit : tēpore Othonis primi:  
¶ Anno dñi nongentesimo tricesimo quarto. Hic  
omnibus bonis sacrisq; litteris: optime institutus : benig-  
nus fuit & mansuetus. Hic p̄sul: tam egregius fuit & ex-  
cellens: vt atate sua nullū habuisse crederetur: in sacris do-  
ctrinis parens: neq; vllum maiorē diuine legis amatorem  
Hic instituit: vt fr̄es diui Thomę Argē. in sancte Aure-  
lię profesto: in eiusdē ecclesia: vesp̄as decantent: stationē  
¶ q; illuc : aut processionem faciant: quod in hodiernū diē  
obs̄ruant. Huius laudes Erckenbaldus successor: canūe  
elegiaco descripsit.

Ecclesi  
a. S.  
Aure  
lię.

Sedit annis sedecim.

Obijt anno nongentesimō quinquagesimo : decio sepa-  
timo Calen. Maij.

Sepultus.

## **U**to. III. ecclesie Argentinē

**XLI.** **U**bi præficitur: anno dñi nongentesimo & quinquagesimo. Qui nobilitate insignis: ex magnis parentibus ortus: magna doctrina præditus fuit: ac in libris se admodum exercens: preciosum & insignem voluminum thesaurum: argentinensi bibliothecæ donavit. In episcopatu suo: decimūquintum fere expleverat annū (dies enim adhuc tredecim restabant) cum mestus argentinensium ecclesie clericus: illum christianæ traderet sepulture. **U**to autē biennio ante suū obitum: Erckenbaldum in coopatorē assumpserat: & præbiterum ordinavit: qui & ipi in episcopatu successit.

Sedit annis quindecim: mensibus tredecim diebus.

Obijt anno Christi nongentesimo sexagesimo quinto: Sepultus.

**XLII**

## **A**ckenbaldus ex humili

**A** genere natus: cognomento Altrich: eodē anno quo **U**to vita defunctus est: in episcopū assumitur: temporibus Othonis magni. Hic ab infantia deū colere: ac bonas litteras amare: perdiscere cepit. Puer adhuc præceptori suo versiculos: mira ingenij alacritate: a se editos ostendit: in quibus se peccatorē: humillime confessus est: hortaturque alios: ut se meminerint pulverem: & cibum verum esse futuros. In episcopatu itidem versus de se scripsit: appellans se ipsum: solo nomine: non re: episcopum: confitens etiam se nec nobilitate: nec sapientia: sed sola dei pietate: præsulatum obtinuisse. Carmen excudit elegiacum & de precatorium ad deū: in quo imitatus est oronem Christi: quā ante captivitatem suam: pro discipulis effudit ad patrem Sic Erckenbaldus asserens: se suos fratres dilexisse: interpel

Iat oratq; deum pro illis: vt ab ipſo ſanctificentur: & eos ſuſcipiat cōmendatos. Quorundam etiā ſuorū añceſſorū vitam: & magnificas laudes: præcipue Radoldi ſecundi: Otberti (quē martyrē eſſe p̄dicat) & Ruthardi: verſibus elegiacis ſynceriffime deſcripſit: quos nō credidimus ope præciū his introſerere. Nam licet pedum: ſyllabarūq; meſuram optime ſeruent: nec abiicienda & agreſtia verba contineant: quia tamen in medio & ſine concinnas habēt ſonoritates: ritimis non minus quā verſibus ſiſtes: argu-  
 menta ſolū ipſorū atq; ſententias: in proſam fideliter tra-  
 duximus: atq; his imiſcemus: etate ſua mos fuit tales ede-  
 re verſus: nedum in Germania: ſedet apud exteros. Verū  
 noſtra iam etas a talibus abhorret. Eius miſifica doctrina  
 & egregie virtutes: nō in ſuo ſolum ep̄atu: hōibus cog-  
 nite perſpectq; fuerunt: ſed etiā ad almam vſq; urbē: fama  
 illa penetravit. Papa em̄ Ioannes tertius decimus: qui tū  
 romanæ præſederat eccleſiæ: ad noſtrum Erckenbaldum  
 humaniſſimas atq; familiariſſimas dedit litteras. Vnius  
 ſalt em exemplar: in annalibus eccleſiæ argentinenſis reper-  
 tum: his ſubinferemus;

**E**ſanes episcopus: ſeruus

ſeruoꝝ dei: totius bōitatis gratia decorato: ſum-  
 mag; dilectione nobis nominando: Erckenbal-  
 do fratri in Chriſto dulciſſimo ac digniſſimo ep̄o: apo-  
 ſtolicam ſalutem & viſitationem. Noſtrum eſſe: deo p̄pi-  
 cio: bene vigere: veſtrūq; valere: nos ſatis optare pro certo  
 ſciatis: & quidē denotioni veſtrę gratias a gentes: propens-  
 ſiorem honorificentiam: & oimode; charitatis viciffitudis  
 nē: vobis cōferre parati ſumus: quā ſūmi pōtifices: veſtris  
 prædeceſſoribus: aplica benignitate contulerūt. Veſtrę tū  
 laudabili fraternitati: oī tpe de cōgruētibus petitionibus:

Breue  
 Joā.  
 pape  
 piij. ad  
 ercken-  
 baldū.

## ERCKENBALDV.

ap̄plicā paternitatē nostrā: nō dubitetis velle obseq̄. Datū  
 Hic Erckenbaldus anno Christi nongentesimo sexagesimo quarto. Cum Orhone angustissimo & christianissimo impatore: suoꝝ eiusdem nōis filio: & impatrice Adelheide: Romā ad Leonē octauū profectus est. Aderant in eo exercitū: archiepi & epi: abbatesq; & duces: proceresq; multi germanorum.

Erckenbaldus quoq; non solum in sacris priscorū patrum libris: delectatus est: sed etiā ex proprio ingenio: varia conscripsit. Inter que inuenimus eius meditatōem: de laude dei: & vera vita & morte absorpta. Cōposuit etiā suspirium seu soliloquiū: & orōnem ad deum: quia vtebatur: quotiens cantātes in ecclesijs audiuit: in tenorē seq̄ntē.

**D**omine qui es omniū: qui tui esse contendunt: quem omnis amat: qui scit & non amat qui nescit: & nescit qui non amat.

*Oratio Erckenbaldi qua psalmos et cetera canens dicebat*

Da mihi vt nesciam me: te autē sciā & amem. Velim domine scire: quid sit: Letentur coeli et exultet terra: ac sequētia. Quid est aliud letentur coeli: nisi exultent iusti: Scriptum est: Letamini in domino & exultate iusti: Gaudeant iusti: fleant iniusti. Quid ego? lætor an fleo? non lætor: quia non cœlum. Si cœlum essem: gauderem: Cum autem me desiciam: dilacerem: & in nihilum redigam: quoniam sagitte tuę infixę sunt mihi: tu eleuans & consolaris & dicis. Exultet terra: Gratias ago. Scio terra sum: sed tu potes facere cœlum. Sat mihi: exultet terra: dixisti: letentur cęli: Adiūxisti: & exultet terra: letificasti cęlos consolatus et terram: dixi: non lætor: peccator hoc dixi: de meo dixi: sed tu de tuo dicis: exultet terra: & quā tuum læ

tificauit meum; mentiar & exultē. Exultē autē in te quia  
 propter te & in te gaudeam. Tu ipse scis si meum: quid  
 scis: quando me agnosco: ingemisco: aut fleo: quando te  
 agnosco: respicio: & respiro. Me meum contulit: mo-  
 net: ac perturbat: tunc consolatur: stabilit: ac lætificat.  
 Per me cado: per te me surrecturum scio. Quia me casurę  
 scio: non lætor cœlum quod est firmamentum quia me  
 surrecturum spero. Exultet terra: quæ est lutilatio: dis-  
 cat propheta: dicat psalmista: et nos dicamus: lætentur cœ-  
 li & exultet terra. Si arbiter cœli vult: cur non exultet ter-  
 ra: Exultet terra: quid sibi vult? Iubilare montes laudem.  
 Non iubilo non laudo. Cur: quia non sum mons: vallis  
 sum: peccator sum. Dixit mihi deus: quare enarras iustitias  
 meas: & assumis testamentum meum per os tuum?  
 At quoniã præcipitur: Omnis spiritus laudet dominũ  
 Et quia dominus veniet: et pauperum suorum miserebit:  
 Iubilo & laudo: atq; non oblitiscor. Cuius illud? miserẽ  
 tis dei: fletum: peccatum: risum: fecit mihi deus.

**D** OIstquã Erckenbaldus a Guilhemo archiepiscopo  
 maguntino: in episcopum argentinensem: cõ-  
 secratus est. Ipse etiam aliorum multorę episcoporum:  
 consecrator fuit: præcipue decem et septẽ. Decem  
et septẽ  
eporũ  
consecra-  
tor fuit.  
 quorę nomina sequuntur.

Cum præfato enim archiepiscopo maguntino: Erckē-  
 baldus consecrauit episcopũ eistettensẽ: in Vuormacia

Cũ Voltmaro: sanctæ colonienſis ecclesiæ: archie-  
 piscopo: Lyndolfum osinburgensẽ: apud Xantum.

Cum sancto Vdalrico augustensĩ episcopo: Hattonẽ  
 archiepiscopum maguntinum.

E

## ERCKENBALDVS

Cum eodem Vdalrico Baldericum spirensem : Hildes-  
nardum halberstettensem : Vuildebaldum curiensem .

Cum eodem Vdalrico : Ruibertum sanctæ magun-  
tine ecclesiæ archiepiscopum ; & Henricum augustensē .

Cum Vuilligiso maguntino archiepiscopo : Gamenols-  
fum constantiensis ecclesiæ episcopum ; apud Erestheim ;

Cum eodem : Dietmarum pragensis ecclesiæ episcopi  
apud Bruchmagod .

Cum eodem : Gehardum constantiensem : in matre  
Maguncia .

Cum eodem : Etichum augustensē : Henrici successorē  
apud Magunciam .

Cum Frithurico saltzeburgensi archiepiscopo : Albri-  
chtum sebonensem episcopum ; apud Ratisponam .

Cum Vuilligiso archiepiscopo maguntino : erfurdē-  
sem episcopum ; apud Virdunam .

Cum Gulhelmo archiepiscopo : Tutohem schlauen-  
sem episcopum ; apud Erphesfurt .

Cum Vuilligiso archiepiscopo maguntino : Ruthari-  
um padarbrunnensem episcopum ; apud Spiram .

Cum eodem archiepiscopo : Lyndolfum augustensē  
episcopum ; apud Magunciam : consecrauit .

**A** Rckenbaldus præterea : ecclesias : monasteria :  
capellas : & aras : in sua & alijs diocesisibus : mul-  
tas dedicauit . Cenobiū schutteranum ( in quo  
hodie Christi religio floret : & instituta sancti Benedicti :  
examussim obseruantur ) legimus ab eo fuisse dedicatū :  
forsitan post incendium : & Maurimonasterium : proho-  
lor ruinae propinquum . Cæterum in pagis : oppidis : citri-  
tatibus : villis : arcibus : inuenimus nominatim : centum &  
viginti duas capellas : & aras : ab ipso esse consecratas .

Locorum nomina : quia barbara : & partim oblitterata :  
his inserere : non putauī necessarium ; neq; iucundū : Leo

Quor  
capel  
bis et  
aras de  
dicant.

etiam papa nonus: in quadam bulla testatur: ipsum Erckenbaldum: ecclesiam quae erat in alto cenotio: vulgo Altdorff: in sancti Bartholomei: & summi praesulis Gregorij honorem: dedicasse. In lectione librorum ipsum veriatum esse: clara adhuc extant argumenta. Namque reperimus in aliorum in voluminibus: versus a se editos. In libro enim sancti Hieronymi: de viris illustribus: versiculus ille est inscriptus. Erckenbald humilis praesul me scribere iussit. Atque in eodem libro: hoc Erckenbaldi distichon iuenitur. A nobis oculus iuste liber iste vocatus

Distichon  
erckenbaldi.

Segnis ac pigris plurima clausa videt.

Legitur etiam sequens tetrastrycon: cum hac inscriptione Erckenbaldus episcopus tesserastrycon sibi composuit.

Tetrastrycon  
erckenbaldi.

Verax vir gaude virtutum stemma tuarum

Tu securus eris: quia recto calle viabis

At qui mentiris: cito post factum capieris

Fallens fallaci sis fando fame fallax.

Libros etiam vetustos: bibliothecae argentineni tradidit: e quibus adhuc extant: Ambrosius super Salomonem: Hieronymus de concordantijs quattuor euangelistarum: Vita sancti Martini: De passionibus sanctorum Iulianae Perpetuae: et Felicitatis: Modeste: Hilarij: Gertrudis: Castus: Georgij: Alexandri: Viti: Cirici: et Iulitae matris &c. Vigilij: Terculini: Felicitatis: Africet sociarum: Firmi et Rustici: Laurentij: Hermachore: Fortunati: Felicis: Fortunati: Cancianoris: Eufemie: Hemerami: Marie et Christogoni. Costat ex his: Erckenbaldum: a puero in litteris et bonis disciplinis nutritum: dignum fuisse: qui ad cathedram episcopalem exaltaretur. In quo munus pontificium vigilanter implet: eis officijs intentus: quae ad reuerendum episcopum spectant. Bonum enim ipsum sanctae vitae: cunctis exemplum praebuit.

officijs  
quae  
episcopi

## ERCKENBALDVS

litterarum:lectionibus et meditationibus inhæsit:antisti  
tes cæteros consecrauit:et propria in persona :ecclesias atq;  
exerci/ basilicas dedicauit . Longe hæc gratiora deo : animæq;  
cia epo/ sue magis salutaria: perpetramq; laudem suam:ornatiùs  
decora/ amplificantiã:quã si venatu:balistis :autçpio : choreis :  
purpùreis aut politis vestibus : radiantibusue gladijs et ar  
mis:phaleratis & velocibus equis : bellico tumultu : aut  
alex ludo : delectatus fuisset .

Sedisse annis tribus scribitur : sed mirum : quomodo tan  
ta:in tam breui tempore:exercere potuerit : præsertim tot  
episcoporum consecrationes .

Obijt quinto Idus Octobris :  
Sepultus

# Baldus.

XL  
III.

Sedit annis triginta  
Obijt  
Sepultus

Sub eo facta est caedes magna Sarracenorum: per Otho-  
nem secundum. De quo etiam breuem annotationem  
inuenimus in libris ab Erckenbaldo: bibliothecae argenti-  
nensi datis. Qui manu sua in modum scripsit sequentē.

Pridie Idus Iulij: facta est maxima caedes graecorum &  
sarracenorum: ab Imperatore magno: Othone secundo:  
in Calabria deuincente. Inde liquet Erckenbaldum: res  
etiam magnifice gestarum gloriam: annotasse: non ocio:  
non delicijs; non pompæ; operam dedisse.

WILDEROLFVS

**Wilderolfus. alias Wil**

deraldus : vt in legenda sanctę Adelheidis  
vetustissima : & in libris anniuersariorū :  
in Aschaugia : repperimus . Hunc fama  
est & in Addalę sanctę legenda se ribi :

XL  
III.

Collect  
u. n. S  
Gre  
phant.

tur: a miribus esse corosum: propterea q̄ ex nimio ze  
lo: dolebat populum ad sacram diui Stephani ædem: cū  
muneribus suis confluere: allectum miraculis: que in ea  
post Addalę mortem fieri credebantur: egre ferebat enim  
plebis frequentiam a summo templo auelli: in eoq̄ solitas  
oblaciones diminui. Annalesq̄ referunt ipsum propterea  
:sacratissimas Addalę reliquias exhumare: et flammis tra  
dere voluisse: nisi deuotus quidam sacerdos: diuina voce  
premonitus: illas transfulisset. Eiecit Vuilderolfus hone  
stas matrōas pudicalq̄ virgines (que suis tēporibus Chri  
sto & matri sue ibidem cum magna castimonia & pudis  
cicia sancte & sedulo seruierant) e collegio: protuentibus  
ipsarum vsurpatis. Antistes forsitan ille: maiorem de tē  
poralium rerum in sua ecclesia incremento: curam et solli  
citudinem habuit: quam de edificio spirituali: cultuq̄ et  
obsequio diuino: at dominus deus magis nobis propici  
tus redditur: si deuotis officijs: ac canticis spiritualibus ip  
sum hilariter veneremur: q̄ si marmoreas ædes: aurataq̄  
laquearia: et excelsas testu. inas ipsi construamus: vt pote  
qui fide pura et pietate animi: qui castimonia: qui mūdis  
sacrificijs: qui hymnis et psalmis mature decantatis: magis  
quam aur. imaginibus: quam auratis tabulis: quam

preciosis organis vel campanis delectatur. Ait enim Ber- Ber-  
nardus  
nardus epistola septuagesima octaua: Dum manibus pe-  
natorum: genibus paupum tūdūtur: votis & deuotis p̄cibus  
altaria cumulantur: dum sordent genæ lachrimis: gemitibus atq; suspirijs mugunt colla: & pro forensibus cau-  
sis: canticis spiritualibus: sacra tecta resultant: nil super-  
nis ciuibus magis spectare libet nil regi summo iocundiz-  
tis exhibetur. Veruntamen historiam huic similem: de Archib-  
epus  
mag. u  
anus a  
mundus  
corrodi-  
tur: :  
archiepiscopo quodam maguntino legimus: qui a  
manibus itidem excelsis esse perhibetur: nec id creditu diffi-  
cile est quoniā t̄p̄e grādis inedię atq; carit̄ie: cum multi  
agricolę pane egentes: ad ipsum veluti ad patrem suum  
& promissorem: alimenta flagitantes confugissent: eos iu-  
bet in spaciosum horreum introduci: tanq̄ elemosinam  
ipsis largiturus. Ingressos autem & oculos: igne crema-  
ri pręcepit: auscultansq; miserabilem parentum filiorūq;  
eiulatum: ha inquit quam vehementer murmurant &  
sibilant forices isti? Antiquas episcopi nauigantis muri- excusat  
wiloe  
rolfus +  
umę circumnatantium picturas & imagines a sinistro la-  
tere sanctę crucis: in introitu summi templi argentinensis  
vsq; hodie videmus. Credibile est picturas illas in bonū  
interpretari: non in dedecus: quoniam pręsulis caput:  
radijs solaribus resulget: & diua Gertrudis in eadem cum  
foricibus illic cernitur. constatq; Vuilderolffum pen-  
tuisse: quod & de Maguntino quidem archiepiscopo

## ALTVICVS

credere fas est . Ipse etiam monasterium circa oppidum  
romani imperij salense : ordinis scti Benedicti : ad pces  
sanctæ Adelheidis : & nepotis sui Othonis tertij : conser  
crauit : & monasterio in Alchugia : benefecit .

Sedit annis duobus .  
Obijt quarto Idus Iulij .  
Sepultus

XL  
V. **A**ltnicus.

Sedit annis octo :  
Obijt  
Sepultus

**Crenhari<sup>9</sup>. Hic assumptis**

ad se alemannis: cum duce Burgundionū pug- **XL**  
 nauit: felicemq; victoriam: deo propicio: & **VI.**  
 matre sua argentinensis ecclesię: patrona & de

fenpatrice: proculdubio exorante: cōsecutus est. Sub eo in  
 stituta est fraternitas: inter abbatissam et collegium sancti **Frater**  
 Stephani: et canonicos maioris: sanctiq; Petri et Thomę **nitas ec**  
 ecclesiarum: anno millesimo quinto. Vuerenharius quocq; **clesiarū**  
 multa dedit ecclesię suę: presertim multos prestātes libros: **origines**

antiquissimis characteribus scriptos. Quorum adhuc alii  
 qui in bibliotheca maioris ecclesię: repositi vident: hij scilicet. Origenis expositio super penthateucum.

Esitus super leuiticum de sacrificijs

Hieronymus super minores prophetas. Historia Pauli  
 Horosij.

Epistolę Hieronymi: Augustini & Hildori. Liber Gre-  
 gorij Turonensis.

Georgij Florentini de miraculis.

Textus quinque librorū Moyse &c. Cōmentarium in pe-  
 rihermenias Aristotelis. Isidorus ethimologiarum.

Geometria ex greco in latinum a Boecio translata. Pro-  
 prietates & dispositiones signorum cęli.

Vita sancti Martialis.

Exameron sancti Ambrosij. Item de paradiso. Itē de Cha-  
 ym & Abel. Item de adhortatione virginittis. De perpe-  
 tua virginitate beatę Marię. Passioēs Vitalis et Agricolę.

Expositio super Danielē. Ambrosius de officijs ministro-  
 rū. Periarchon Origenis et quattuor libri de natura rerū  
 & temporum ratione. Verba dierū Paralipomenon. Pa-  
 rabolę Salomonis cū tribus sapientialibus. In Musica. de  
 naturis certorum animalū & hominum. Item Regulę

## VVERENHARIVS

Geometrie; Beda de naturis rerū, Dialectica Augustini;  
De ratio; calculi, Expositio Hieronymi sup Epistolā ad  
Ephesios; Musica Boecij, Liber ceremoniarum; pontifica  
le, Postea sub Alberto bibliothecam argentinensem or-

Joan.  
f. nler.  
Eucha  
n<sup>o</sup> tro /  
feb  
Bar.  
an<sup>o</sup> ple  
banus.

Templū  
Argen  
tinenſe  
usboat

Anno Christi millesimo decimo quinto: episcopatus ve  
ro huius Vuerenharj septimo; ceptū est hodiernum tem  
plum argentinenſe; ab ipſo fundamento forti & profun  
do edificari; antea enim exigū; & fragile fuerat ex lignis  
paratq; precij lapidibus; edificium; a Clodoneo gallorum  
rege neophito erectum, Turris autem altior (quæ iam ob  
illuſtres celaturas; & innumeras; mirificaſq; imagines; se  
ptem mundi mirabilibus; octavi loco adiungi poſſet); an  
no Christi millesimo ducentesimo septuagesimo septis  
mo; incepta. Anno poſtea domini millesimo trecentesi  
mo quinto; vsq; ad galeam consummata est, De hac turri  
ſcribit Aeneas ſiluius; in opusculo de Germanis; Mirabi  
le opus caput inter nubila condit, Templū vero tam nobi  
le; tamq; magnificum; quamuis interea quinquies; tum  
aeris tempeſtate; tum hominū incuria; exiſtum; maiori ta  
men indies ſumptu; precioſioriq; apparatu; & ſplendore;  
est inſtauratum, Sub ipſa turri; & ſupra iantram quā ſer  
torū vocant; legitur hoc Epigramma, Anno domini mil  
lesimo ducentesimo septuagesimo septimo; in die beati Vr  
ban; hoc glorioſum opus inchoauit magiſter Erwinus  
de Steinbach.

Epigra  
ma ſub  
turr

Sedit annis viginti.

Obijt anno Christi millesimo viceſimo octaſſimo; Quinto  
Calē, nouembris,  
Sepultus

# Gvilhelmus primus eccle

XL  
VII

się argentinensi p̄ficitur: anno domini millesimo viceſi-  
mo octauo. Hic ecclesiam sancti Thomę argen̄: quę anno  
Christi millesimo septimo: fulminis incendio (eadem die  
qua summū templum) consumpta fuerat: a fundo restans  
rauit: eamq; dedicauit: anno Christi millesimo tricesimo  
primo. Ex xenodochio quoq; sanctę Columbe: collegiū  
erexit: & instituit: sancti Petri quem Iuniorē vocant ac  
in eodem: octo canonicorum p̄bendas: in augmentum  
diuini cultus: suęq; animę salutē fundauit. Capellam etiā  
quandam in australi parte ecclesię parochialis in Keyle: si-  
tam: In honorē apostolorū Philippi & Iacobi: Georgij:  
Alexandri: Viti: Victoris: Sigismundi: Vnā purgis: dedi-  
cauit: decimo pontificatus sui anno. Christi vero incarna-  
ti millesimo tricesimo octauo: tertio nonas septembris. In  
collegiū quoq; dominarū i Asknaugia: liberalis muni-  
ficisq; fuit. Si ad nos reuertī possent: qui instituire p̄bē-  
das: quicq; ecclesiastica stipendia largiri sunt: dicerent (arbi-  
tror) non nostrę fuit voluntatis: vt duo aut quattuor lo-  
ca: quorum quilibet vni Christi ministro: deum laudan-  
ti: pro animabus p̄fallenti & sacrificanti: sufficiens emolu-  
mentū: iuxta status sui honestā decentiam: inferre possit  
ab vno solo occupentur: diuino cultu diminuto: & animas  
bus pro suffragijs frustra clamitantibus. Nōninq̄ etiā  
collegiū vnū: ob pinguiorē sūas distributiōes: aut ob aliā  
forte cām: aliud collegiū personis spoliare videmus: ac  
p̄ hoc pauciores sunt in illo sacerdotes: qui deū laudāt: qui  
q; vigilijs & missis eorum animabus: qui ecclesijs bene-  
fecerunt & distributiones auxerunt opitulantur. Sed boni

Collegij. s. Petri iunioris erigit

Keyle

De his qui in loca vacuāt ob suū questū cum deo merito diuini cultus: quos i. leranij et statio- nibus vide? mus.

## HETZELO

& deuoti christiani esse videtur: nequaquam desiderare: vt ob priuatā suam vtilitatē; & caduca bona vel ad pompā: vel ad delicias: amplificanda: tum diuine laudes: tum animarum suffragia detruncetur. De quo latius in opusculo nostro de frugalitate propicio deo; sumus scripturi.

Sedit annis decem & notem

Obijt anno dñi millesimo quadragesimo septimo; septimo idus Notembris

Sepultus in ecclesia sancti Petri Iunioris,

Cum hoc Epigrammate.

Mille quaterdenos septem quoq; viderat annos

Christus. Guilhelme hoc dum te gerere solo

Argentinenſis fueras qui presul: & octo

Fratribus hanc eodem doteq; munieras,

XL  
VIII

**H**etzelō. Hic cupiens simili-

ter vt predecessor suus: cultum amplificare diuinum: residuas sex ecclesie sancti Petri Iunioris prebēdas erexit: atq; fundauit. Sicut venerandus hic Hetzelō & Guilhelmus suus predecessor: sperauerunt Canonicos in prebendis a se fundatis: personaliter residentes: perpetuo deum laudatores: sic & alij ( quicumq; fuerint ) qui in alijs collegijs sufficientes prebēdas instituerunt: aut distributiones quotidianas auxerunt: voluere ab earum futuris possessoribus ( haud eracuatis stallis ) deo & ecclesie: animabusq; seruitum iri: et id deo gratius: animabus iocūditis: rebusq; publicis magis salutare. Immo & episcopis plus honoris

allaturum: quo enim plures in episcopatu: fuerint ecclesie pauciores: stitici: vel docti vel deuoti: tanto eorum gloria maior & salus reipublice christiane. Circa hec tempora: Leo pa-

pa nonus natione germanus : patria alfaticis siue helueticis : comes de Dagilburgo : Argentoracum venisse : ecclesiam atq; parochiam sanctae Columbae virginis consecratam : in honorem diui Petri apostoli : scribitur dedicasse. In cuius rei memoriam : dalmaticam sericam ( quae in hebdomada poenosa : die Mercurij : vniuersis visenda ostenditur ) eidem ecclesiae : cum indulgentijs maximis : dono reliquit . Quarum quidem indulgentiarum : Bonifacius nonus mentionem facit : in bulla quadam : quam adhuc hodie habent atq; legendam ostendunt : fratres ordinis theutonicorum : suburbij argentoracensis . Idem Leo etiã capellã et altare sancti Stephani : in monasterio Altdorff a parëtib; suis fundato : et ab Othone quoq; Impatore christianissimo : ppria in persona dedicauit : sicut bulla eius : in eodẽ loco reposita manifestissime declarat. Singulari enim deuotione : eidẽ monasterio affectus fuit : propterea quod genitor suus : comes de Dageburgo illic sepultus est. Inuenio etiam hunc Hetzelonem cenobio in Aschangia ( vulgo Eschouy ) quod Remigius predecessor suus fundauerat : beneficia quoq; magna contulisse : ac illud non mediocriter locupletasse.

Argentinenfes episcopi : qui ab exordio : ad hæc vsq; tempora floruerunt : septem & quadraginta : alium sibi titulum nõ desumpserunt nisi sub hac humili forma. Ego. N. diuina fauente clementia : argentinẽsis ecclesie pastor indignus. Quenã est laudis aut glorie excellentia : tã prædaro & digno præsulatus titulo : terrarumq; dominatur : nõ esse contentus : & a ducatu seculari : in quo neq; prædiũ neq; omne quicquã possidet : vanum aut vacuũ usurpare fulgorem :

## VVERENHARIVS

Sedit annis decem & octo

Obijt pie in domino :anno eius millesimo sexagesimo sexto. xvij. Calē. Februarij.

Sepultus in sacra ecle: diui Petri Iunioris.

Cum hoc Tetraſthꝛico:

Qui velatus erat argentinense thiara

Dum studet hanc eadem magnificare dei

Sex quoq; pꝛebendis abiit super æthera foelix

Hetzelonis humo molliter ossa cubent

XL

I

## Vrenharius secūdus in epi

scopū sublimatur: anno dñi millesimo sexagesimo

quinto. Hic ecclesiam & chorū sancti Arbogasti dedicauit: anno domini millesimo sexagesimo nono. Eandē ecclesiam Carolus argentinensis ecclesie decanus: pro detotius Christi ministris: ad dei gloriam: animeq; sue salutē: fundauit: & primus in ea pꝛepositus fuit. Vuerenarius etiā: oratorium apud sanctū Petrū Iuniolem: ad preces Vtiche incluse construxit.

Collegium  
S. Arbogasti  
dicat.

Sedit annis quattuordecim

Obijt anno Christi millesimo septuagesimo nono

Sepultus

Sub hoc Vuerenario: anno Christi millesimo septuagesimo

quarto: etate Gregorij septimi & Henrici tertij: fundatum est a Theoderico comite montis peligardi: Cenobium sanctę Vualpurgis or. diui benedicti. Cuius abbat

Wōa:  
sternum  
Sacre  
walpur  
gis er  
gicur.

ti Bertolfo: post plurimos annos Fridericus sueuie Dux: cum vxore Iudenta: donauit pꝛedia: que intus & extra fossam: que sancta nuncupatur: possidebat.

**T**heobaldus.

L

Sedit annis quinq[ue]  
Obijt  
Sepultus

**O**tho. Hic et Suenie duci / LI  
 bus descendit: quem multi scribunt: de fide christiana: alie  
 quantulum minus sincere sensisse: ideoq[ue] scismaticum  
 ipsum appellant. Aetate liquidē ipsius: anno domini mil  
 lesimo nonagesimo octavo: cenobiū in Ettenheim m[in]i  
 ster: ab Heddone quondam episcopo: liberalissime dota  
 tum: coepit adeo rei familiaris inopia confringi: vt locus  
 Etten  
 heim  
 min  
 ster

F iij

## OTHO

qui triginta fratribus erat constructus: vix videretur posse  
 duodecim sustentare. Huius egrestatis culpam transferunt  
 in Othonem: tam prodigius enim rerum ecclesiasticarum  
 fuisse scribitur: vt imperatorem adiuturum: res episcopatus:  
 & monasterij in Ettenheim münster: militibus huius seculi:  
 & ducibus distribueret: quoniam frater eius carnalis Fri-  
 dericus: alemānorū dux: regis filiam: neptem imperato-  
 ris vxorem duxit. Non ab re quidā hoc dithycon excudit.  
**C**um factor rerum priuaret semine clerum: Ad sathanę vo-  
 tum successit turba nepotum. Hos versus citat Ludolfus  
 in vita Christi: parte prima: capite sexagesimo octauo. Ve-  
 runtamen hunc Othonem si vnquā vel in fide vacillarit  
 vel in moribus deliquerit: ipsum tamen resipuisse: & era-  
 ri veniam consecutum esse: dubitet nemo: Quippe qui nō  
 solum Hierosolymam: & ad sacratissima humanitatis  
 Christi: nostrę: salutis loca (indigne a Sarracenis posses-  
 sa) profectus est: sed etiam cum fratre suo Friderico: suoz  
 uorum duce: in suę & parentum animarum: redempti-  
 onem: paterna bona tradidit: domui sanctę Fidis in Sle-  
 cistat (quę sancti sepulchri vocabulo: insignis fuit) ip-  
 samq; ab episcopalis: cęteraq; seruitutis iugo absolutā:  
 nemoribus: pascuis: pratis: piscinis: mancipijs: mirifis-  
 ce dotauit: corroborans & approbans donationem: a ma-  
 tre quoq; suā: eidem domui factam. Cęterum multa bo-  
 na quę a titulo Lüttenbach: vsq; ad aquam quę Chera  
 nūcupatur: tenuerat: ecclesię quę Groba vocat: largitus est  
 anno Christi millesi, nonage, quinto, duode, Cal. Augusti:

Regnante Heinrico quarto Romanoꝝ imperatore.  
 Quā Othonis donationem; Paschalis papa cōfirmavit;  
 ratamq; & inconvulsam manere sanxit. Tanta liberalitas;  
 tanta munificentia; in sacrum locum pro Christi ministris  
 exhibita; non nisi a bono christiano; & deum diligente;  
 processisse videtur. Extant adhuc originales huius donat  
 tionis littere; in quibus se Otho peccatorē humillime cō  
 fitetur. Qui interea huic sanctę Fidis domū presuerit; si  
 dei honorem; sue vtilitati & pompe pretulerint; & piam  
 Othonis voluntatem expleverint; nouit deus. Tandem  
 vero etate nostra; sub Alexandro sexto; domus illa; mensę  
 episcopali argentinenſi (Alberto impetrante) vnita est; atq;  
 incorporata.

Sedit annis sedecim

Obijt anno Christi millesimo centesimo: tertio nonas Au  
 gusti.

Sepultus

**B**aldevinus

LI

Sedit mensibus quasi duobus

Obijt anno dñi millesimo centesimo: quo etiā Otho mor  
 tuus est;

Sepultus

# CVNO nobilis clericus: ec

**LIII** **C**uno nobilis clericus: eodem anno quo Baldeuinus vita functus est: a rege praeficitur. Fundata est sub eo domus .S. Bernardi in pomerio: vulgo Boumgarten: locus pfecto deuotioni & contemplationi accomodatus. Quam fundationem ipse Cuno et sui successores Bruno et Gebhardus confirmauerunt. Cuno autem cenobium Ettenheim münster: multis modis dissipatum: amplius deaustare non timens: multa bona saecularibus tribuenda abstulisse scribitur. Tandem vero expulsus est: & eiectus ab ep̄atu ingenio cuiusdam Conradi canonici argentiniensis. Sub hoc Cunone: regnante Henrico quinto et Paschali papa Hedwigis filia Gerhardi comitis in Egenheim: donauit Bergheim cum praedijs: haereditario iure: ad se pertinentibus: ecclesie sanctae Mariae argentinens. consentientibus duobus filijs Hugone & Vdalrico. Qui duas curtes: vnā in villa Sultz i Volago: alterā i Burckem iuxta Rhenū: in feudū ab ecclesia receperūt: cōsentiētibz et appbātibz Cunone ep̄o: & ceteris ecclesie prelatis. Hac etiam etate: Henricus rex: filius Imperatoris Henrici: cū propter imperatoriam consecrationem a domino apostolico percipiendam: Romam cum expeditione congria properaret: & secundum consuetudinem recte se iudicatum orphanis: viduis & ecclesijs iuraret: reuersus propter iuramentum praestitum: equitatem iudicis: multo tempore custodiuit. Quo Argentinē pro tribunali sedente: prociuentes de Ettenheim monachorum fratres: pro rebus sibi iniuste ablatis interpellauerunt ipsum. Mox ergo sententia prolata: quod nulli liceat: monachorum: canonicorumque praebendam auferre vel habere. Oportuit Imperatori factis

Ep̄no  
dū in  
boum  
garten  
fundat

Silia co  
muni d  
Egenh  
heim  
dōauit  
berd  
dam.

Ep̄o  
re  
p  
na  
periali  
romani  
pergit.

Iusta  
regis se  
ctia cō  
tra rē  
nos

facere perfidos: rebus hactenus iniuste possessis: in ipsius  
 manū cōtinuo resignatis. Rebus itaq; monasterio redditis  
 & aliquot annis in vsu retentis: perfidos cognoscentes  
 augustum: a quibusdam tribulari: bona predicta sibi pres  
 sumperunt iterum vendicare. Quāta cecitas: quanta perfis  
 dia eorum: qui Christi ministris sua abstrahunt: tanquā  
 dominus deus nō sit eos: pro tanto sacrilegio castigaturus  
 qui vel solam rei alienę concupiscentiam per legislatorem  
 suum Moysen interdixit. Fuit olim Dagobertus (vt ipse  
 in fundatione monasterij Vuissenburgensis confitetur) ec  
 clesiarum destructor & dissipator: quantū defensor & sub  
 limator esse debuerat: sed raptus est in sublimem: & iudici  
 presentatus: ac ab ecclesiarum patronis: pro rebus ecclesias  
 ticis: per rapinā ab eo distractis: grauiter accusatus: mar  
 tyris vero Dionisij precibus: instantis penę dilationem: &  
 penitentię tempus obtinuit. Ideo ecclesiam in honorē san  
 ctę trinitatis: & sanctę Marię: & beatorum Petri & Pauli  
 apostolorum: in Vuissenbūrgo constructam sublimauit:  
 & regali munificentia ditauit: anno regni sui vicesimo ter  
 tio: Christi autē sexingētesimo vicesimo tertio. Dicitur etiā  
 collegium surburgense fundasse. Maurimō nasterij etiā a  
 Childeberto francoꝝ rege fundati: priuilegia corroborauit.  
 Sic Dagobertus: sic ceteri principes: qui olim ecclesijs  
 & cenobijs oneri fuere: compuncti penituerunt. Qui vero  
 nostris temporibus: ecclesias: aras: & monasteria spoliant  
 aut onerant: quando penitent: quando satisfaciunt: quan  
 do salutis animarū suarum habent rationem?

Dago  
bertuswissen  
burgūwissen  
burgūSur  
burgū.  
Dau  
rimo  
nasteri  
um.Amen  
dant ec  
clesię &  
persecu  
tores.

Sedit annis viginti tribus

Obijt

sepultus

Tēporibus hūiūs Canonis anno Christi millesimo cētesimo  
 vicesimo: Calistus papa secūndus: cōfirmavit fūdatōem  
 monasterij Curie Higonis in Vosago: a comite Vuerns  
 hero de Habesburgo: vocato de Ortenbergo factā. Eandem  
 fundationem: & amplissimā donationē Innocentius  
 quoq; Papa secundus corroborauit: anno Christi millesimo  
 centesimo tricesimo septimo. Hoc idem monasteriū  
 situ amenum: & clericis secularis frequentię pertes: honeste  
 in cōmuniq; viuere cupientibus dignū: Fridericus primus  
 victoriosissimis gloriosissimisque imperator: in suā  
 defensionē accepit: anno millesimo centesimo sexagesimo  
 secundo. Vtinam vel vna domus: in vniuersa hac diocesi  
 foret. in qua honesti & maturi sacerdotes: a passionibus liberit  
 & castimonie dediti: in cōmuni simul viuere possēt:  
 sicut sunt tot beguttarum & Lolhardorum: aliorumq; cō  
 uenticula & mansiones.

LIII **B**runo vir sancte vite Suffe  
 ctus est in locum Canonis abrogati Anno Christi Mil  
 lesimo centesimo vicesimo tertio.

Sedisse scribitur anno dūmtaxat vno.  
 Obijt  
 Sepultus.

# Gebehardus hic anno chri <sup>LV.</sup>

sti millesimo centesimo tricesimo: cum Friderico Alemanię et Suevię duce: bis lacesitus pugnavit. In secūdaq; pugna: iuxta pagū Duntzenheim alij scribūt Gugheim, feliciter triūphavit. Eius ętate anno Christi millesimo cętesimo vicesimo octavo: Cenobium Nurwenburgum: ordinis Cistercięn: in fundo Reynaldi comitis Lutzelburgęn. constructum est: cępitq; in rebus: personis & religione: mirum in modū crescere atq; florere. vtinam & hodie & ammodo) Quamobrem ex eo cęnobio translati sunt fratres ad Mulbronnā primū erectam: vt illic religionem plantarent. Ideoq; abbas novi castri: n. ulbronnenlis monasterij est visitator. Sub hoc etiā Gebehardo anno Christi millesimo centesimo tricesimo septimo: regnante Lothario: domus in ytenwylera Conrado argentineñ. canonicis: cum allodio & appendicijs: in sanctę Cristine gloriā fundata est: & canonicis regularibus tradita: in remedium animarum patris sui Trutheri & matris suę Berthę: vbi hodie laudabiliter et religiose domino deo seruit. Postea vero anno Christi: millesimo quadringētesimo quinquagesimo quarto: Robertus: domū eandem monasterio sancti Arbogasti vniuit & annexit: quam vniōnē posthac consentiente maioris ecclesię capitulo retractans: sacrosanctę domui in Trutenhusen: monasterium in ytenwiler copulauit: verum tandem Robertus ille: vrgentibus causis: idem monasterium a Trutenhusensibus quoq; segregans & dimembrans: specialē illic prioratū esse decrevit. Vtrāq; tamen domum ab omnibus oneribus & cōtributiōibus epō faciendis exemit.

*Lenobium i  
Pueno  
burgo  
fudat*

*Uul  
brōna*

*Collegium i  
Zicwiler  
funt  
natur*

G

# BVRCKARDVS

Sedit annis decem & nouem

Obijt anno Christi millesimo centesimo quadragesimo primo

Sepultus

LVI

## Burckardus Eligitur An

no domini millesimo centesimo quadragesimo primo: Temporibus Friderici primi gloriosissimi romanorum imperatoris: cuius imperij annus sextus: fuit pontificatus huius Burckardi annus decimasseptimus. Hic hortū suū in vico hospitalis vulgo Spittelgass: & alia multa bona & prædia hospitali tradidit argentinesi. Fertur ipsum sancti Florentij reliquias in Hasela transferre conatū esse. Hic etiā sacellū sancti Martini episcopi āno Christi millesimo centesimo quinquagesimo tertio: & partem templi interiorē: enormi incendio quondam exustam in cœnobio schuterano cōsecrauit: anno domini millesimo centesimo quinquagesimo quinto. Temporibus huius Burckardi anno Christi millesimo centesimo quadragesimo quarto: ecclesia diui Thomę denuo exaritur: cum monumentis litterarum & privilegijs: quę etiā dudum antea (sicut & maius templum) fulmine corruit: anno Christi millesimo septimo: vt in Guilhelmo primo narratum est. Verum anno dñi millesimo centesimo sexagesimo tertio: a Friderico primo romanorū imperatōre gloriosissimo magnifice cæsareis privilegijs abunde munitur. Et cum possessio nibus in tuitionē suscepta est: septimo Calē. Maij in herē

*Eno/  
bium  
i schut  
tera ex/  
ustum  
ddicat*

*Ecclesia  
sancti  
Choe  
secūdo  
spunē.*

bipoli: presente eius loci episcopo: cum alijs multis episcopis & abbatibus. Burckardus etiam cenobitis in Suartzaha affectus ipsos ab oi theloneo: de rebus suis per urbē Argē<sup>schwarz</sup> gentinam deducendis prestando: liberaliter exemit: anno <sup>gaba</sup> Christi millesimo centesimo & quadragesimo quarto: re: <sup>ibido</sup> <sup>epimise</sup> gni vero Conradi romanorum regis secundo.

Sedit annis viginti vno

Obijt anno domini millesimo centesimo sexagesimo primo: tempore Eugenij secundi pape: Conrado secundo romanorum rege: qui tum Argentinę presens erat: & propria in persona: in palatio seu pretorio argentinensi: presidebat atq; iudicabat.

**R**udolfus Burckardo succe<sup>LVII</sup>

dit: anno domini millesimo centesimo sexagesimo secundo. Sed postea ob symoniacam prauitatem: ab episcopatu deicitur & exauctoratur in cōcilio sub Alexandro papa celebrato: cui quingenti episcopi & abbates interfuisse referuntur. Nec ipse quidē solus episcopali dignitate: propter horrendam symonię sabē priuatur: sed etiam Basileensis & Metensis episcopi: ac nōnulli alij prelati (presente Hildebrādo cardinali & sedis apo. legato) anno domini millesimo centesimo septuagesimo nono: dignitatibus suis abrogantur.

<sup>Epi</sup> <sup>is</sup>  
<sup>ponit</sup>  
<sup>ob sym</sup>  
<sup>onia</sup>

Sedit annis viginti: alij scribunt decem & septem

Obijt

Sepultus:

LV  
III. **Conradus cognomento**

wentzelai eligitur: anno domini millesimo centesimo septuagesimo nono: vicesima die decēbris. Sub eo monasterium in Niddermünster primo fuit dedicatum in honore sanctę dei genitricis Marię ab epō mantuano: sedis apostolice legato. Est ibidem crux ex laminis argenteis non parua. In qua hęc est inscriptio antiquis characteribus facta: anno ab incarnatione domini millesimo centesimo nonagesimo septimo: reparata est hęc crux ab Edelinda abbatisa: abbatię suę vicesimo secundo anno: sub Henrico imperatore romanorum & rege Sicilię: anno regni sui sexto: in qua reconditum est precium domini: de ligno domini: de veste Marię virginis: brachium sancti Basilij: brachiū sancti Dyonisi: ceterorumq; sanctorū reliquię. Item septimo Idus iulij: hęc crux sacratissima de Parisio ducta angelorum sanctorum: Camelo directā est ad hunc locum: ab inclęto Hugone et cōiuge sua abba: et infra: hertzog Hug von burgund vnd abba.

Collegium  
dominorum  
in  
Nidder  
münster  
dedicat.

De cruce  
et in  
Niddermünster.

Sedit anno vno

Moritur

Sepelitur eodem die: pūta vigilia sancti Thomę apostoli: anno mox sequenti millesimo centesimo octogesimo. Et quia breui tempore sedit: forte pondum insulam aut confirmationem consecutus. Conradus qui paulo post sequitur: primus illius nominis appellatus est: Nam Conradus deliechtenberg in suo Epitaphio secundus est inscriptus.

# HENRICVS cognomēto **Byl** LIX:

lungus: Conrado surrogatur: anno Christi millesimo centesimo octogesimo primo. Sub eo fundatum: institutum & dotatum est: monasterium Canonorum regularium in Druttenhusen: a veneranda domina abbatissa in Hohenburgo collegio diuæ Odiliae dedicato (quam pro viuis incolumitate peregrini frequenter visitant) Herradis nomine: cooperante fratre suo Gunthero ex familia Laudefbergia: ad dominae nostrae et diui Nicholai honorem vt canonici illi regulares: dominabus in monte & in temporalibus & in spiritualibus: opitularentur: anno Christi millesimo centesimo octogesimo primo: decimoquarto calē. Maij. Accessit ad hoc auctoritas & consensus Friderici Alfaciae Sueniaeq; ducis: patris Friderici primi imperatoris. Idem monasterium olim dissipatum: & ad extremam feruiniā: propter lasciniā inhabitantium redactum fuit. Sed paulopost anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto: vocatis ex Bōdickem: paderbornēsis episcopatus: deuotis et religiosis patribus magno labore ornatissime reaedificatum est: sub primo priore losanne Tulmanno: viro optimo atq; deuoto. Et sicut in spiritualibus: diuinoq; cultu: pristinum florem reparauit: sic etiā in temporalibus: deo propicio: recuperari coepit. Nā in eo vsq; hodie: p̄ij & humanissimi fratres: deuote & sedulo deum colunt venerantur et honorant: salutaria bonae & pudice vitę exempla: populo prebentes et clero seculari. Eandem domum Bertoldus: anno Christi millesimo tricentesimo quadragesimo: priuilegijs liberalissime muniuit

Collegiū in  
Drutten  
husen  
fuit  
ab ab  
batissa  
in Hohen  
burgo

Fructu  
bus re  
formac

Joānes  
Tulmā  
nus

CONRADVS .II.

Robertus postea capitulo wyndenshemēn . subijciens: ab  
 vniuersis cuiuscūq; generis oneribus ep̄alibus: liberā decre-  
 uit & immunem. Sub hoc etiā Henrico: ecclesia parochi-  
 alis sancti Nicholai: a validis ciuibus cognomēto Spender  
 fundata est: anno Christi millesimo cētesimo octogesimo  
 Se. lit annis octo: quidam scribunt decem (secundo:  
 Obijt anno millesimo cētesimo nonagesimo octauo: alij  
 scribūt: octogesimo secūdo: Calēn. Aprilis .  
 Sepultus

paroch  
 ia S.  
 Nicho-  
 lai eri-  
 gatur .

**C**onradus Secundus cog

LX

Capit  
 Conra-  
 dus .

Philippus rex  
 Alfacie  
 quosā  
 loca ex-  
 pugnat

nobiles  
 qui ep̄o  
 rū hac  
 tenuis  
 fuerint

nomēto Lyne: ex gnōsis nostre patrię hūmenbürgēlibus: ecc-  
 lesie p̄ficitur: anno dñi millesimo centesimo nonagesimo  
 Post biennū vero: cū ipse q̄busdā vrbis argētīnēsis gētib<sup>9</sup>  
 aut familijs adherere: eisq; cōfērire nollet: ab eorū familiari-  
 bus capitur: et in captiuitate tenetur: quo ad illis recōciliare-  
 tur. Tēporib<sup>9</sup> suis duo in discordia romanorū regū electi  
 erāt: Otho Saxonum: et Philippus Sueuicę ducēs. Cū vero  
 Philippus experiretur: Conradū ep̄m: partes Othonis seq-  
 atq; tutari: exercitū grādem in alfaciā: p̄cipite in terras ep̄a-  
 tis argētīnēsis mouet. Mollishei: & Apiacā vulgo Epfich  
 expugnat: loca cetera igni cōsumit: et misere depopulat  
 Philippus postea Bambergę occisus est: anno post millesis-  
 mū ducētesimo octauo: vñ decio Calēn. Iulij: Spire sepultus  
 Forte ob hāc causam: q̄ Cōradus Othoni adhererat: a citi-  
 bus q̄busdā captus fuit: q̄ vel Philippo morē gerere spera-  
 bāt: vel rez: suarū damna: in hoc scismate patiebātur. Ab  
 hoc Cōrado: vsq; ad Guillelmū de Honstein modernū  
 non inuenio quēpiā ep̄orū argētīnēnsiū ignobilē: p̄ter so-  
 lū Ioannem primū: quāuis et alij q̄dā nobiles p̄cesserit: vt  
 Magnus: Rotharius: Gotfridus: Richuinus: Vto: Otho:

Cuno. Verū si nobilitas sola est atq; vnica virtus : multo  
 Sedit annis duodecim (plures exitere.)  
 Obijt anno Christi millesimo duccētesimo secūdo : Eius  
 imago supra portā vrbis argētīnēsis posita est quā vulgo  
 Bischoffs bürge thor appellāt: supra quā imaginē hec pa-  
 gia incisa aut insculpta est. Cōradus de Himēburg : fidel'  
 Sepultus (argētīnēsis epūs ;

## Henricus de Veringen se

LXI

**H**enricus: natiōe Sueuus. Hic filius fuit Lamberti  
 comitis in Veringē: cōcorditer elect' : cōfirmationē suā: in  
 quinto primū anno: ppter scisma: quod tū in sede magū-  
 tina erat (a qua epī argētīnēses: illa tēpestate: cōfirmari so-  
 lebāt) vix tādem a sūmo pōtifice ipetrāuit : ab archiepō  
 Senonēsi cōsecratus: anno dñi millesimo duccētesimo septi-  
 mo. Vir fuit totū deo deditus: et religiosus: nō solū pacis  
 amator: verū etiā pacificus: id est pacē faciēs: litesq; et dis-  
 cordias: p virili sua passim e medio tollēs. Mun' epale p se  
 ipsum impleuit. Sacris iniciādos ppria in psona ordinauit.  
 Et quia toto quinquēnio exacto: nō fuerāt ordines colla-  
 ti: ipse in sabbato quattuor tēporū: post pēhecosten : quin-  
 gētos clericos diuersis ordinib' insigniuit. Inter quos centū  
 et quattuordecim etalere sacerdotes: residui vero: sub dia-  
 conū et diaconi facti sunt. Fuerat tū in vrbe Argētina Phi-  
 lippus romanorū rex christianissim' : q postea anno seqnti  
 ( vt memini ) trucidatus est. Hic Hēricus : ecclesiā sanctae  
 Aureliae: fratrib' S. Thomae tradidit: arcē Dagbichstein ip-  
 sum extruxisse: quoddā epigrāma indicat. In quo anathe-  
 ma ei impēcatur: qui eū locū alienarit. Quāuis sint qui cre-  
 dāt arcē illā: a Dagoberto: primū esse ex fundo edificatam  
 Forte eā Hēric' : collabētē instaurauit: aut āpiorē: fortio;

laudes:  
HenricDag-  
stein in  
staurat'

## HENRICVS .II:

rem ꝑ fecit. Arcem q̄ tunc Andelo vastauit: anno mille  
 simo ducentesimo decimo sexto. Habuit hic Henricus fra-  
 trem Hermānum Cōtractum nomine: virum in humanis  
 sacrisq̄ litteris eruditissimum: qui varia ecclesie cantica cō-  
 scripsit: illam precipue profam: quam de domina nostra  
 in missa canimus: Aue prædara maris stella. Nam profæ  
 illæ: quas sequentias vocant: in Germania ortum habent:  
 a No. Iegero abbate sancti Galli: primū exarata: & a se-  
 de apostolica approbata. Astipulatur Albertus magnus  
 in expositione missæ: capite de Alleluia. Huius etiam He-  
 rici ætate: anno domini millesimo ducentesimo duodeci-  
 mo: octoginta hæretici Argentine ignibus cōcremati sūt.  
 Eius etiam tempore: fratres ordinis sancti Dominici (quā-  
 tis extra muros circa basilicam sancte Elyzabeth) Argenti-  
 næ hospicio recepti sunt. Sub hoc etiam Henrico: anno  
 domini millesimo ducentesimo tredecimo: domina Vta  
 ducissa de Schowenburgo: fundauit monasterium omni-  
 um sanctorum: in hercinia siue nigra silua: ordinis præno-  
 stratē. Cuius fratres olim a Sifrido archiepiscopo mag-  
 stino: de honestate & actiue vite prudentia: maximopere  
 sunt cōmendati. Ideo in monasterium Lauffelse prope vā-  
 giones reformandum: eiectis sancti Benedicti fratribus in-  
 disciplinabilibus: & vicinis omnibus vehementer exosi: x  
 hoc omnium sanctorum cenobio: fratres romani pontifis  
 cis iussu idē Sifrid⁹ introduxit: verā et sanctā religionē illic  
 plātaturus. Litteras archiep̄i de hac trāslatiōe: vidi: legi: et  
 in sermōnem germanicum traduxi:  
 Sedit annis viginti vno  
 Obijt anno domini millesimo ducentesimo vigesimo ter-  
 tio: quinto Idus Martij  
 Sepultus dicitur in capella sancti Andree:

Per  
 manus  
 Cōtra-  
 ctus flo-  
 ret.

Lex  
 heretic  
 ecurit  
 Argenti-  
 næ.

Frēs  
 or. S.  
 Dñici  
 veniūt  
 Argenti-  
 niam.

monaste-  
 riu om-  
 nium  
 sanctorū  
 fundat

# Bertoldus filius ducis sue LXII

ūiē de Teckē: Hic licet etate iuuenis effer: maturitate tñ mo-  
 rū: in omnibus reb⁹ agendis senectā prē se ferebat: sibi ipſiq;  
 aut suo ingenio non nimium cōſiſus: ſano ſemper pruden-  
 tam conſilio vtebatur: opera & induſtria ſua: mirum eccle-  
 ſia incrementum recepit: Eam namq; longe magis in ſuo  
 regimine dotauit atq; ditauit: quam vniuerſi ſui prēdeceſ-  
 ſores: monaſteria & collegia erexit: pacem in patria fecit.  
 Scribitur de ipſo: quod quocūq; ſe diuerteret: ſemper pro  
 ſperis & optatis ſucceſſibus potiretur. Monaſteria in epiſco-  
 patu ſuo ſita: humaniter abſq; ipſorum moleſtia & grata-  
 mine: fouit atq; protexit. Argentinenſium auxilio contra  
 comites de pſirthe & quattuordecim ciuitates circa Bledel-  
 heim bellum geſſit: & victoriam diuina ope obtinuit: an-  
 no domini milleſimo ducentefimo viceſimo octauo: do-  
 ſandi libidine nequaq; vtebatur: nec alienarum rerum  
 appetens: ſed ſuis contentus fuit. Ideo q; glorioſum ſibi no-  
 men: gemmis & auro præcioſius: laudabiliter acquiſiuit at-  
 cem Berſtein: ſupra Tambacum: ad vnius menſis ſpaciū  
 obſidione cinxit: tandemq; expugnauit atq; obtinuit: an-  
 no domini milleſimo ducentefimo viceſimo ſeptimo. Ber-  
 toldus quoq; anno domini milleſimo ducentefimo trice-  
 ſimo quinto: menſe nouembri: pacis amore arbitratus fuit  
 ob certas lites: inter abbatem & cōuentū ſchutteranum ex  
 vna: & Henricum nobilē de Thierſberg: eo tempore mo-  
 naſterij illius aduocatum aut defenſorem: parte ex altera.  
 Idem etiam cenobium ſchutteranū: ſub eo igni vehemen-  
 ter concrematum eſt: anno domini milleſimo ducentefimo  
 quadrageſimo decimo tertio Calē. lunij: Bertoldus quoq;

Elictoſ  
 ria ber  
 toldi

Anno  
 bium  
 ſchutte  
 ranū ex  
 vna:

## BERTOLDVS

existo iterum Schwartzacensi cenobio; abbatē ad se confestim  
 tumq; assumpsit; imperatoremq; adiit: & ab eo hodiernū  
 pro noua structura locū: hūmillime precib; impetrauit:  
 & veluti pius pater oves sibi creditas; thirannidi nolens ex-  
 ponere; inter eiusdem monasterij abbatē & aduocatos; pa-  
 cem facturū; syluanos questores; opifices; ceterosq; famu-  
 los; ab obsequio & exactiōibus aduocatorum liberos fo-  
 re pronunciauit. Tantarum virtutū exemplar manifestum  
 omnibus prebuit Bertoldus; vt mortuum deuotus popu-  
 lus pro diuo veneraretur: ad eiusq; monumētū infirmi cō-  
 fluerent; qui & sese meritis illius liberatos crediderunt. Est  
 in sarcophago suo foramen concatum; in quo vtriusq; se-  
 xus homines; digitos suos imposuerunt; vt ab vlceribus et  
 verucis purgarentur; sub hoc Bertoldo fratres sancti Fran-  
 cisci Argentinam inhabitare ceperūt: fuit ex eis Hugo de  
 Schlettatt; qui in sententias scripsit; imitator sancti Bonae-  
 uenturę non contemnendus.

scribat  
 gaba  
 iterum  
 rranf  
 ferunt

Fr̄s  
 sancti  
 Francisci  
 uenit  
 Argenti-  
 nam

Sedit annis quindecim

Obijt

Sepultus in Capella sancti Andree iuxta sepulturam Hen-  
 rici de Stabeleck; proximi successoris.

LX  
 III

**H**enricus de Stabeleck an-  
 tiquo Suenię comitatu tertius; scribitur prouidus fuisse ar-  
 gentinē. ecclesię gubernator; hic sacellum diui Gregorij  
 & Blasij in ambitu maioris ecclesię; consecrauit; anno do-

mini millesimo dūcentesimo quinquagesimo sexto. Hic  
 primariū lapidem: ad clastrū fratrum ordinis sancti Do- <sup>Funda</sup>  
 minici argenti p̄ subteraneo fundamēto locauit: qui sub eo <sup>tores</sup>  
 intra mēia vrbis: in locum: quem hodie habitant recepti <sup>moaste</sup>  
 sunt. Primi autem fundatores: domibus suis pro monaste- <sup>rii p̄o</sup>  
 rij loco datis: fuere Fridericus de Hanaw p̄positus: Vdali- <sup>carorū</sup>  
 cus de Thalmasingen & Ioannes de Alba: uterq; canoni- <sup>fuere ca</sup>  
 cus argentinenſis: cuius quidem Ioannis impensis: totū ec- <sup>nonia</sup>  
 cleſie corpus: quattuor testudinibus distinctum: biennio et <sup>argent</sup>  
 sex mensibus exstructum est. Eiusdem monasterij & ciui- <sup>neſes.</sup>  
 tatis filius: Vdalricus Engelberti: nobilissimam theologie <sup>Vdali</sup>  
 summā conscripsit: quę sempiterna laus erit argentinenſiū <sup>cus de</sup>  
 & Germanorum. Henricus etiam Friderico secundo im- <sup>Argen</sup>  
 peratori: summis pontificibus inſecto: non mediocriter re- <sup>rina</sup>  
 stitit. Nam cum Fridericus ab Innocentio quarto anathe- <sup>theolo</sup>  
 mate notatus: imperioq; priuatus eſſet: Henricus episco- <sup>648.</sup>  
 pus papę morem gerere: atq; eccleſie romanę fidem ſeruas-  
 recipiēs: Henrico Thūringię Lantgrauio: in regem roma-  
 niam apud Herbipolim electo: fideliter adheſit: auxiliacq;  
 pro virili: contra Fridericum & filium eius Conradū pre-  
 stitit. Namq; oppida & arces quę Fridericus a regno exau-  
 ctoratus in Alſacia poſſidebat: obſidione cinxit: & expu-  
 gnauit: quedam funditus deſtruxit: quedam igni conſum-  
 pſit. E quib⁹ ſunt illa: Illewicſenheim: Gēgēbach: Cronē-  
 berg: Molberghuſen: Ortemberg: Offenburgum: & vni-  
 uerſa vallis a fluuio Kūntziche nomē habens. Dūq; apud  
 Francōſurdia cū Conrado Friderici filio pugnaret: victo-  
 ria potitus eſt.

Sedit annis viginti duobus

Obijt anno domini millesimo dūcentesimo sexagesimo:  
 quarto nonas Marcij:

## GVALTHERVS

Septuaginta in capella sancti Andree argentinenſi. cū hoc ep̄i  
taphio.

Anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo: quār-  
to nonas marcij: Obijt ep̄iscopus Henricus de Stahelecte.

LXI  
.III

**G**ualtherus de Geroltzeck  
transrheno.

Eodem anno: post breue temporis interuallum: sabbatho  
añ palmarū celebratē: electus est Gualtherus: & ab archiepo  
maguntino confirmatus: in sacerdotem ordinatus: ep̄i-  
scopusque consecratus est: atque sacrificij sui primicias: secū-  
da februarij die in summo templo argentinenſi: solenniter  
celebrauit: quibus interfuere multi proceres & magnates:  
prelatique ecclesiastici. In primis aderat abbas sancti Galli:  
mille: & Morbacenſis: quingentis equitibus stipati. Gual-  
therus deinde capellā sanctorū Iohannis baptiste & euan-  
geliste in curia dominorū Hennenbergenſium sitam: do-  
minica sexagesime consecrauit. Splendidum & honorificū  
ep̄iscopos dignum exordium: verum paulo post suborta  
est super certis iuribus (que Gualtherus ad suam ecclesiam  
pertinere iudicabat) inter ipsum & ciues argentinenses dissen-  
sio: que cum plurimorum ad concordiam laborantium:  
opera: sedari non posset: ciues intra octauam penthecostes  
vrbem egressi: sumptis armis Haldenburgū arcem vas-  
taturunt: fossaturumque profundum opplentes solo equarūt.  
Gualtherus euestigio sub grauissimis celsuris & beneficio

Henn-  
nberg

rtm prinationis pena: vniuerso clero: immo & pueris lit-  
 teras latinas discantibus mandat: vt urbem egrediatur. Pas- Clerus  
exit ar-  
guitur  
 rent omnes preter Bertoldū de ochsenstein decanū: grande  
 tum & imbecillum: & Henricum de Geroltzede in vofa-  
 go cantorem: qui electioni Gualtheri nequaquam consens-  
 serat. Interdicit episcopus omnibus ecclesie sacramentis: cle-  
 rus & nobiles qui episcopo fauebant aurum & argentum  
 sumum ex vrbe auferunt: reliqua bona: vt pote penas annos-  
 nam & vina domi relinquunt: ea omnia signātes: & reddi-  
 tum iri (sed frustra) sperantes. Inruitur enim in eorum do-  
 mos: & quicquid ex omnibus latibulis: immo etiam a ias-  
 nuis & parietibus atelli poterat: effertur. Gualtherus col- Gual-  
therus  
operatū  
cogret  
gat o  
 lecto grādi exercitu ad quem Treuerē. archiepiscopus &  
 abbates duo quos nominatim fortes suppetias miserūt  
 urbem obsidet: pauci ex ordine equestri: qui Alsāciam ins-  
 habitant: partes ciuitatis: sed pontificis sequebantur. Inter-  
 cluduntur vię: ne cōmeatus in ciuitatem inueherentur. Cū  
 ita scordia aliquamdiu duraret: pleriq; comites (inter Rudol-  
fus baj-  
b. scurr-  
gus  
vrbes  
tuur d  
 quos etiam fuit Rudolfus Habensburgius: paulopost in  
 romanorum regem electus) foedus cū ciuitate percutiunt  
 opem ei pollicentes. Itaq; animati ciues: terras transhe-  
 nanas: dominorum de Geroltzede: & Liechtenbergen-  
 sium: multosq; alios pagos: ciuitati finitimos: depopulā-  
 tur & vastant. Hand aliter faciebat Gualtherus: et ipse ci-  
 tium prædia depopulatus: eorum agros: prata: & vineta  
 inter familiares adiutoresq; suos diuisit. Paulopost circi-  
 ter Christi natalem: ciues comitum ope fulsi: ad wicker-  
 heim Brūschę finitimam pergunt: vt arcem illam: militari-  
 bus eius nominis adimerent: multa enim damna ex eo lo-  
 ci perpeffi fuerant. Inuenere pagum vini plenum: Pleriq;

## GVALTHERVS

recentioris vini quo ciuitas carebat (quia interclusæ per an-  
 tumnum fuere viæ ne intreretur) auidiores; ebrietate pres-  
 muntur; Quod ut comperit Gualtherus; magnū coegit  
 exercitum; edixerat enim; et prouide instituerat; vt ex sonitu  
 cāpanarū; in cūctis sui dominij locis vsq; ad Sletstat Mollif-  
 heim; Zaberniā; Rynowe; et Hagenoiā audito; popul⁹ con-  
 gregaretur; Assunt innūmeri pedites; et equites; longe  
 plures quam apud urbem essent; pergunt obuiam citib⁹  
 in montē iter wickerheim et folbesheim; ita vt vtrimq;  
 se viderent et alloquerentur. Cupiebat episcopus congregari  
 nisi fluvius impedimento fuisset. Ciues in urbem redeūt;  
 soli quindecim; amore vini detinebantur; qui redire cum  
 socijs recusabant. Quos obrunt hostes; & defectis prius  
 manibus & pedibus; trucidant; Eisdem temporibus erat  
 interregnum; vacabat enim romanum imperium rege aut  
 imperatore suo; magnamq; auctoritatem Gualtherus ha-  
 buit in ciuitate Colmaria; quam prodicione cuiusdā præ-  
 toris (quem sculterum vocant) perdidit; ciuitate noctū  
 in manus Rudolffi Habensburgij; clam tradita. Fuerant  
 etiā ea ætate; diuersæ factiones in oppido Mulhusa; quod  
 ad episcopatum argentinensem tunc pertinebat. Dumq;  
 altera factionum; perspectum haberet; quidnam in Col-  
 maria nudius accidisset; clā missis ad Rudolffum Habens-  
 burgium nuncijs; mentem suam subdolan patefaciunt;  
 se illi ciuitatis portas noctū referaturos. Habebat enim epi-  
 scopus in ipsa ciuitate arcem; quam suus inhabitabat præ-  
 lectus; qui mirum in modum ciues premebat; ideoq; ab  
 episcopo; ad Rudolffum defecerunt; & oppidum tradunt.  
 Arx ipsa post tres menses expugnatur; et funditus demo-  
 litur. Gualtherus clam inuito cum proceribus suis consilio

*Præliū  
 fluvius  
 itercepit*

*Colma-  
 ria tra-  
 dit Ru-  
 dolfo.*

*Mul-  
 husa de-  
 sicit ab  
 epo.*



## GVALTHERVS

**Dufberg** profecti sunt ad montem Haldenburgum: gressusq; suos  
 dirigentes: versus superiorem H. szbergam: socios vrbe  
 egressos expectant: qui cum prope adessent: montem des-  
 cendunt: at quodā fossato intermedio prepediti (quod  
 in equis cōmode transire non poterant) vexilla faciemq;  
 suam vertunt: tanq; recta via ciuitatem versus: ituri essent  
**Ep̄s** fossatum circuire: & eius finem querere statuentes. Quo  
 viso: episcopus arbitratus: ciues attonitos: fugam in vrbe  
 querere: vt prius apud wicēberheim fecerāt: animatus ac  
 more impatiens: non expectata peditum suorum cohors  
 te: timens ne hostes manibus suis exaderent: cum solis  
 equitibus suis properans: eos prosequitur: suosq; omnis  
 confortabat: munera magna promittēs: vt fortiter dimica-  
 rent. Ciues autem cum fossatum circuiissent: nec iā itis  
 neris impedimentum vllum haberent: iugisq; spatio: a  
 Gualtheri equitibus distarent: tanq; concites vrbe egres-  
 si: ad se cominus venissent: in aspectum Gualtheri prodī-  
 re: aciem instruere: ac sese animare coeperunt. Quip̄  
 q; p̄ vrbis et patrię gloria: proq; sempiterna liberorū et ne-  
 potum libertate: sit eis decertandum. Eligūt̄ duo belli  
 duces: quibus omnes sese iurant obtemperaturos. Qui  
 vero chirobombardis: balistis ceterisq; iaculis vt:bantur:  
 a reliquis ciuibus sunt segregati: hac lege: ne se de prelio  
 isto intromittant: sed dumtaxat sese obijciant: & oppo-  
 nant: peditibus episcopi aduentantibus (qui nondum ad-  
 erant) vt eos intercipiant: ne equitibus eius coniuētū opē  
 ferre potuissent. Erant in exercitu Gualtheri: rei militaris  
 & stratagematum periti: qui prudentia sua considerabāt  
 ciuim agmina: suis esse longe fortiora: atq; ideo episcopos  
 p̄m̄: ne prelium iniret: vehementer adhortabātur: quod

ciues  
 ciem  
 instruit

cum patris: magnas hostium copias aggregati: in loco præ-  
 sertim civitati tam propinquo: temerarium esset: & incō- <sup>De au-</sup>  
 sultum. At episcopus: illos meticulosos: & timidos esse cla- <sup>dacia</sup>  
 mitat: q̄ si vellēt abire: cum venia sua possent. Illi vero pu- <sup>epi cō-</sup>  
 doris causā: infamia q̄ metui (vt mos est germanis) per- <sup>tra bell-</sup>  
 stitere. Gualtherus ad eum instruit: prælium cōmittitur: in <sup>peritos</sup>  
 quo ipse fortissime manu propria: instar strēnuissimi mili- <sup>Præliū</sup>  
 tis pugnavit: duobus eius equis: quibus infederat interfe- <sup>comitti-</sup>  
 ctis: in tertio autem: duobus cum militibus: terga vertit: se <sup>tur.</sup>  
 quū civēs: vt ip̄m apprehensum capiant: at præ celeritate  
 caballi capere non potuerunt. Occisi & desiderati sunt ex  
 parte Gualtheri: sexaginta proceres: inter quos & frater su- <sup>Fit fra-</sup>  
 us Hermannus occubuit. Capti sex et septuaginta: & pro- <sup>ges.</sup>  
 prijs lorīs ac laqueis: quibus civēs sperabāt abductū iri: præter  
 spem irretiti: urbem ingrediuntur. Die crastina Gualthe- <sup>De cen-</sup>  
 rus religiosos viros: qui de concordia tractarent: misit in ur- <sup>cordia</sup>  
 bem: interdictum relaxavit: supplicans: vt captivi (præsertim <sup>tractat</sup>  
 frat̄r suus: quem adhuc superstitem credidit) humaniter  
 tractarentur. Nec tamen religiosi: sed neq; Richardus de <sup>Richar-</sup>  
 Angliā romanorum rex: qui in Hagenoyā de pace & con- <sup>dus an-</sup>  
 cordia tractabat: dissensionem sedare potuerunt. Sperabat <sup>glus</sup>  
 enim Gualtherus: & palam gloriabatur: captivos qui in <sup>Ro. rex</sup>  
 dormitorio summi templi inclusi erant: propediem liberā-  
 dos. Civēs ubi id audissent: diligentius circumspexere vin-  
 ctula: manicas: & compedes captivorum: videruntq; limis  
 aliquantulum illas esse dissolutas: atq; funes: & foramina  
 per muros in penti: versus curiam fratrum effossa: quibus  
 proxima nocte (si Gualtherus tacuisset) evasuri erant: rep-  
 pererunt. Rescitur a senatu murtis: vincula iniiciuntur  
 validiora: custodia fidelior adhibetur. Captivi spe redēp-

Hij

## GVALTHERVS

tionis adēpta: pacē cū vrbe inēit : et libertati restituit. Di  
 rāte itaq; tā pniciosa discordia : Gualtherus in capite icus  
 .n.ij: vita functus est: quē ex animi dolore : cordisq; tristitia  
 defecisse: mlti crediderūt. Si pacis cultor fuisset: si pōtificiū  
 mun? quod feliciter inceperat: cōtinuasset: potnit optabilē  
 et venerandā attingisse senectā. Cōmissū est atrox hoc plū  
 āno secūdo post millesi, ducēte, sexagesimūq;. Horrēda sūt  
 christianorū inter se bella: quę fere omnia iniusta : Aeneas  
 Silvius esse scribit. De quib? etiā Thureꝝ plurimū gaudēt.  
 Lōge tñ horribilius est bellū: in quo pater spūalis: et filij :  
 princeps et subditi: pastor et oues: arma mutuo distringūt  
 sanguinē fundūt: et atroci strage grassantur. Bellū inquā  
 in quo vitā: liberos et fortunā: periculo exponere necesse est  
 Bellū p̄trea: quod nō solū a villarū incēdio: et magaliū r̄  
 sticorū cōflagratiōe: sumit principiū: sed etiā cui ānexa est  
 sanguinis effusio: captiuitas: multa: furor: exiliū: mēdici  
 tas: supra: sacrilegiū: vincula: verbera: vūlnera: cedes: vecti  
 galiū perniciēs: agrorū calamitas: et animarū multiplex dā  
 nū. Bellū deniq; in quo extrūtur agricolarū pauperū tūga  
 ria : a gri vastātur: abiguntur pecora: vnde pueri erant edu  
 candi: tellus inculta iacet: vnde principibus tributa: sacer  
 dotibus decimæ : civibus pensiones : & ipsi agricolis ali  
 menta sua : debebāt puenire. In quo plurimi cadūt ense :  
 aut iaculo cōfossi: furore et ira pleni: vindictę avidi : ac  
 parum de deo: aut salute sua cogitantes : animā exalant :  
 Nonne hæc miseria? etiā si iustum sit bellum: quę rara  
 atis est. Hęc itaq; mala: tam magna: tam horrenda: tam se  
 tra: quisquis cum dolore considerat : miseriam necesse est  
 fateatur. Antislites vero cum bella gerunt: vbi casula: ca  
 lices: infulæ: baculus : decreta: decretales: vtraq; lex dei: statu

Contra  
christia  
norum  
bella.

reueis  
sicut? o  
miseria  
curiali  
um.

bellorū  
pericu  
la.

Augu  
stinus.  
contra  
bella  
sporū.

taq; provincialia: versari debent: illic arma: vexilla: balis-  
 stæ: gladij: thoraces: ante oculos visuntur. Innumerabiles  
 pecuniæ: quæ pro sustentandis pauperibus: viduisq; & or-  
 phanis fouendis: quottidie distribuendæ fuerant: in belli  
 sequaces & doriphoros dissipantur: vt pauperes faciant: vt  
 viduas & orphanos: in extremam redigant paupertatem:  
 & neq; clero neq; religiosis: eorumq; domibus: aut grana-  
 rijs parcant: ecclesiastica libertate depressa atq; contempta.  
 Porro sicut pro solis temporalibus episcopo non est facile  
 decertandū: ita & secularibus perniciosum esse existimo  
 cum episcopis aciem conferere. Nam si quid terrarum aut  
 prouentuum episcopatus: si fundos: si prædia: si municipia  
 iure belli: ac vi armorum: populares episcopatib<sup>9</sup> abstraxe-  
 rint: iure hæc ditino possidere: difficile poterūt. Res enim  
 sunt non personæ sed ecclesiæ: & deo dicatæ: quas ab eccle-  
 sijs quacumq; alienationis specie auferri: ne in seculari  
 redeant usum: non solum summi pontifices: sed et sacratis-  
 simi cæsares interdixerunt. Ab eo tempore: cines argen-  
 tinentis reipublicæ: sese de ecclesiæ maioris fabrica intromi-  
 serunt: atq; ei in hodiernum diem: antistite capitulq; an-  
 nuentibus: operose præsumunt: annuam coram certis capit-  
 li personis: rationem reddentes. Sub hoc Gualthero: anno  
 Christi millesimo ducentesimo sexagesimo primo: vene-  
 runt Argentinam: ex Tuscia: bini & bini: mille ducenti:  
 se ipsos nudis tergis flagellantes;

Fabri-  
 ca eccle-  
 siæ argen-  
 tinentis;

Sexa-  
 flagella-  
 rium.

## HENRICVS .IIII.

Sedit Gualtherus annis duobus

Obijt anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo tertio : pridie Idus Februarij

Sepultus in Doroltzheim: domo sancti Ioannis ppe Molisheim : iuxta tumbam fratris sui Hermanni: quem tamē cum Henrico de Thiersperg : itidem in bello Gualtheri occiso: in Schutterano cenobio sepultū nōnulli asseuerāt .

**LX** **H**enricus de Geroltzeck in  
**V.** Volagō prope Borre quartus. Hic est ille Cantor argētī-  
 nensis: quī iubēte Gualthero: antecessore suo: egredi clere  
 ex vrbe: cū Decano māsit. Hūc defuncto Gualthero cano-  
 nici cōcorditer elegerūt: sciētes se ciuib⁹: in ea re multū grati-  
 ficari : anno Christi millesimo ducentesimo sexagesimo ter-  
 tio. Huius opera: virtute: consilio: singulariq; clemētia &  
 māuetudie: bellū acerbissimū est restitūt. Hic ciuib⁹ et e-  
 natū vrbis argētīnēn. nequaq; molest⁹: sed benignus atq;  
 cōsenties: opib⁹ et potētatu: honoreq; vehemēter auctus est  
 Hic tertio sui pōtificatus anno: arcē Ehenheim demolitus  
 est. Hic pluriā denodia aurea: vasaq; preciosa: in cluis fan-  
 ctor; reliquijs: ecclīe suae legauit. Pluriās etiā sacerdotū le-  
 nitaz; magni precij vestes: quę hodie in summa habēt  
 veneratione tradidit. Extat etiā crux de atro et argēto fa-  
 bricata: in cenobio schutterano: in quā sub ep̄i imagine scul-  
 pta hęc est pagia: Hēricus ep̄us argētīnēn. dia⁹ de Geroltz-  
 eck in Alfacia. Sub hoc Henrico: anno sexagesimo octauo  
 Albertus magnus: ep̄us ratifponēsis: sacros ordies Argēto  
 raci cōtulit. Quigētos sū (ex qb⁹ cētū sacerdotes) ordiauit .

Ehen-  
heim  
vastat.

Alber-  
tus ma-  
gnus

sacrosanctum crisma : in cena domini consecrauit. Capel  
 lasq; et altaria dedicauit : & inter cetera : in eade dñi Petri  
 iunioris : altare sanctę Columbe : eo tempore : quando Cle  
 mens : eius nominis quartus pontifex maximus : anno pō  
 tificatus sui tertio floruit. Quo etiam anno : idem Alber  
 tus : auctoritate Henrici episcopi interueniente ( relicto iā  
 episcopatu ratisponensi ) decimo octauo Calē. Iulij : exte  
 riorem monasterij schutterani partem : cum plerisq; altari  
 bus consecrauit. Sub hoc quoq; Henrico : fratres augusti  
 niani Argētinam intrarunt : anno Christi millesimo du  
 centesimo sexagesimo quinto. Fuit in eorum monasterio  
 Thomas de Argētina : qui exactissime scripsit : in quattu  
 or sententiarum libros. Laus hęc patrię nostrę : & ordinis  
 sempiterna. Sunt qui putant : ipsum etiam compendium  
 theologicę facultatis comportasse. Licet alij scribant : librū  
 illum : a quodam Hugone Rūpelin : ordinis predicatorum  
 contentus argentinensis : esse compositum. Vter illorum  
 sit auctor : Argētina tamen in qua scriptus est liber : suo ho  
 more frustrari non potest.

fr̄s  
 augusti  
 niani  
 Argē  
 toracū  
 veniūt.

Tho  
 mas  
 Argē  
 tina flo  
 ret.

Sedit Henricus annis decem

Obijt anno Christi millesimo ducentesimo septuagesimo  
 tertio.

Sepultus dicitur ante altare sanctę Richardis.

LX  
VI.**Conradus tertius de claro**

monte: vulgo Liechtenberg. Hic eligitur anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo tertio: qui scribitur virtuosus fuisse & honestus: ad bellandum tamen aptissimus: corpore elegans: & admodum speciosus. Cōsanguineos & necessarios suos exaltatit: familiam suam Liechtenbergensium: carnali amore: psequutus: quæ tamē postea defecit: in vltimo barone: Iacobo barbato: qui mortem obijt anno domini millesimo quadringentesimo octogesimo: & terrarum dominia ad comites de Hanow & de Bitis: generos Ludouici: qui Iacobi celibis frater erat: consentiente Alberto episcopo: sunt translata. Conradus itaq; cognato seu sororio suo: Egenoni friburgēsi comiti: qui civitatem illam obsidione cinxerat: supplicias militares non solum misit: sed et ipse quoq; in persona propria: ad exercitum illius profectus est: atq; castra obequitans: vniuersos q̄ in castris erant: ore proprio: vt fortiter pugnarent exhortabatur & animauit. Clam vero quidam macellator siue lanienus: oppidūm Friburgum (vbi hodie nobile gymnasiū in omnibus bonis litteris floret) egressus: Conradum in serico farlitio seu dypluide: circūmequantem: et nihil sibi metuentem: ex insperato cuspe percussit: letaleq; vuln<sup>9</sup> inflixit. Ex quo post triduum Conradus vita defunctus est: calendis augusti: anno Christi millesimo ducentesimo nonagesimo nono: cum magna totius exercitus moestitia & planctu. Argentinamq; corpus eius exanime deductum cum magno (vbi decebat) honore: ecclesiasticæ traditum est sepulturæ: in capella sancti Ioannis Baptista. Hic arcē

Fami-  
lia liech-  
tbergi  
& dicitur

Fribur-  
gū obfi-  
detur.

Epus  
a lanio  
(alij pu-  
erū calce-  
ario) oc-  
ciditur

Crax cum oppido Sermersheim vastatit: atq; ex quadris lapidibus: oppidū Liechtenow cōstruxit. Hic primus biē nalia & collectas clero imposuit; de clero tamen cōsensit; & ad quattuor dumtaxat annos.

Ser  
mersh  
heim  
vastat

Sub hoc Conrado: anno Christi millesimo ducentesimo octogesimo sexto: egregia domus seu castellū cū sacello in suburbano argētinenū: datū est a validis equestris ordinis

Liech  
tenow  
edificat

Blūmenower: sacrosancto Theutonicoꝝ ordini: et cursu t̄pis illic cōueniē<sup>9</sup> fratū laudabilis: plātari cōepit. Hic est ille ordo sacer: a Friderico secūdo et fratre Hermāno: in terra sancta cōtra Thureas foelici<sup>9</sup> expugnādos: institutus. Cuius fratres theuthones: multo sanguine fuso: Lytoniā et Prūsia: foreto idolorū cultu: Christi religionē: suscipere coegerūt. Anno ep̄at<sup>9</sup> huius Cōradi decimosēptimo: celebratū est Argētoraci: primū gnale fratū sancti Frācis̄ci capitulū: sub decio ab ip̄o Frācis̄co Generali: bona gratia: cui interfuerūt tres et triginta Prouinciales: reliqui septingenti: Rudolfus regis romanorū filius: et ep̄i quattuor: Cōradus argentinēsis: Probus tullēsis: q̄ antea fuerat Alemānię Prouincialis: Henricus de ylena basileēsis: et postea archiep̄us magūtintus: in cuius sepulchro: incisa dicunt̄ hec verba. Hic iacet in fossa: Henrici mendici ossa: Quart<sup>9</sup> Albertus ep̄us de Insula. Huius etiā Cōradi t̄porib<sup>9</sup>: āno dñi millesimo ducentesimo nonagesimo priō: decimoquarto Calēn. Maij obiit mortē Albertus: nobilis dñs de Steinbūrn: argētineſis ecclīę cañonic<sup>9</sup> & archidiaconus: qui vbi monasterio schütterano: supra mille argēti pondo seti libras donasset: illic sepultus est: sectis lapidibus sepulchro extracto: cum epitaphio soluti sermōis. Eius cōsensu et Nicolai papę quarti auctoritate: Ecclesia in Friefenheim: monasterio predicto: vnita atq; incorporata est:

Dom<sup>9</sup>  
theuto  
nicorū  
cū gis

Blis  
mow  
er

primū:  
capitu  
lū gnale  
le f. m  
norū in  
argēria

## CONRADVS .III.

**Fr̄es ordinis sancti Domini/ n̄ci et/ eunt vr/ b̄am/**  
 Huius tempore: anno millesimo ducentesimo septuagesimo septimo: fratres ordinis sancti Domini: ppter quasdam differentias, cum ciuibus: vr̄bē egressi sunt. Sed Conradus vtrorumq; arbiter: tandem decreuit: fratres non posse ciuibus cōdescēdere: in his q̄ ab ipsis fratrib' postulabāt sicq; cū gratia: intra vr̄bem sunt reuersi: succurrente iusto & prudenti pontificis decreto: cui ciues acquiescebant. Nō uideo: cur quidā: quibus a canonicis: & clero seculari benefactum est: quosq; nec penuria necessariz rerum vr̄get (si frugaliter iuxta Christi & Pauli instituta: vivere uellent) adeo laborant: ad incorporandas immo extinguēdas capellanas: in sanctimonialium opulentatum templis pro clericis secularibus: ab honestis prelatis: aut deuotis ciuibus siue laicis fundatas. Cassantur uolūtates vltimę: pauperum clericorum (qui ex hoc bonas litteras discere poterant) emolumenta rapiuntur. Nature lex rūpitur: fratres enim & Christi sponse: id sibi fieri nollent: pertimescēdū est: ne tandem ex insperato: tenues illę pecuniolę: a capellanis secularibus: in religiosos translatę: reliquam ipsorū substantiam absumant: vel famā obscurēt. Crediderim Christo opt. max. inhumanam vltimę p̄iorum voluntatis effractionem: haud perpetuo placituram. Huius Conradi auctoritate: anno Christi millesimo ducentesimo nonagesimo secundo: collegiū a duce Adelderto: patre sanctę Adaldę fundatum: ex Hoenowe: propter alluionem Rheni translatum est: ad ciuitatem Rinow. Vnde postea anno Christi millesimo tricentesimo octogesimo octauo: sub Guilhelmo de Dieft: ad eadem diui Petri senioris trāssert.

**De monachis et monialib' quibusdam.**  
**Elle/ giū i/ Hoen/ now/ transfer/ tur ad/ Rinow/ et post/ ad S. Petri/ transse.**  
 Sedit annis viginti: mensibus sex.

Obijt anno Christi millesimo ducentesimo nonagesimo nono

Sepultus in sacello dñi Ioannis Baptistæ: cum tali epigrã mate: in parietem inciso . Anno domini millesimo

ducentesimo nonagesimo : nono Calên. Augusti : Obijt dominus Conradus secundus: de Liechtenberg natus: Argentinenſis epiſcopus: hic ſepultus: qui omnibus bonis cõditionibus: quæ in homine mundiãli debent cõcurrere: eminēbat. Nec ſibi viſus ſimilis eſt in illis. Sed ita autem annis viginti: & menſibus ſex . Orate pro eo .

**F**ridericus De Liechtenberg . Hic fuit frater Conradi proximi præſulis: & prepoſitus eccleſiæ argentineſis : qui poſtq̃ ſedes vacaſſet menſe vno: diebus quindecim : amicis ipſo inuito ſollicitantibus: eligitur concorditer: decima quinta die menſis Septembris: anno Chriſti millesimo ducentesimo nonagesimo nono . Erat eo tempore præſens Argentina Albertus romanorum rex: qui mox ipſa electionis die: ipſi electo regalia contulit. Aderat quoq̃ reuerendiſſimus dominus Gerhardus archiepiſcopus maguntinus: a quo Fridericus ſimiliter eadem die confirmationem ſuam accepit . Lucundum & fortunatum principium. Scribitur de ipſo : q̃ præditus fuerit honeſtate . Nam & inter alia : quæ ad honeſtatem ſacerdotum attinent: ſupra ius pontificium: ſtatutaq̃ provincialia: legem ſanctiſſimam: contra execrabilem concubinatum: addidit & promulgavit: qua more pij patris ( vt verbis ſuis vtar ) grauiſſimis poenis: etiam priuationis be-

LX  
VII

## FRIDERICVS.

ne ficiortum affici decreuit; eos qui famam suam negligunt  
 & reuerentiã maculant clericalem; focarias palã domi sue  
 nutrientes. Non inuenio quẽpiã argentinenſiũ epõrẽ  
 qui ex Alſacia; Auſtralia; finitimisq; & propinquis locis  
 ortus fuerit; contra urbem triſtia bella geſſiſſe; præter vnũ  
 Gualtherum. Quotquot enim aliĩ ciuib; aut ſenatũ argen-  
 tinenſi lites mouerunt; non noſtræ terræ filij; ſed alieni  
 genæ fuiſſe videntur. Fridericus ille annonam perpetuã vi-  
 cariĩ eccleſiæ in Friſenheim; cenobio ſchutterano incorpo-  
 rata taxauit. Sub hoc Friderico; anno Chriſti milleſimo  
 trecentefimo ſecundo; Guilhelmitæ in ſuburbanum argen-  
 tinenſe; vbi hodie cum frugalitate habitant; recepti ſunt;  
 in heremitorio; quod a familia Mülnheim creditur erectũ.  
 Eodem anno die Mercurij ante dominicã Cantate; re-  
 conciliatũ eſt templum ſummũ argentinenſe; quod effu-  
 ſione violenta ſanguinis (ciuis enim ciuem in ſummo cho-  
 ro vulneratã) fuerat violatũ. Dedit episcopis reconci-  
 lians; vniuerſis penitentibus; qui ea die quotannis ſacram-  
 ædem peturi ſunt; veniẽ et indulgentiẽ peccatorum; octo-  
 ginta et annos dũos. Sunt apud nos ſacra loca; ſacrae  
 diuorũ reliquiæ; ſunt ſacrificia; ſunt ſtationes; ſunt magnæ  
 proculdubio indulgentiæ; ſunt ceremoniẽ; ſunt diuina no-  
 cturnaq; cantica; eſt res diuina; eſt et altaris ſacrificium nõ  
 interceptũ; ſed ab aurora in prandium vſq; ſedulo con-  
 tinuatũ. Sunt quoq; diĩ tutelares; ſiue patroni; et quẽnã  
 maior aut fidelior patrona dei matre; in cuius perpetuum  
 honorem; ſummũ templum dedicatũ eſt. Quid ergo  
 cogit humana curioſitas; poſthabita neglectaq; tam ſacra  
 & ſoleñi æde; et ſpretis episcopij noſtri peculiarib; patrõis  
 ad externa lõginquaq; loca diſcurſare; Vt de alijs multis;  
 mihi incognitis taceam; vidi ego legiẽ bullam; in qua

quales  
 epi bel-  
 la geſſe  
 rint cõ-  
 tra vr-  
 bem.

guilhel-  
 mitę re-  
 cipiunt.

reconci-  
 lians  
 pluri-  
 maus.

septingentorū dierum indulgentiē largiuntur his : qui  
 summū templum in Christi et matris suę apostolorūq; et <sup>de iouib</sup>  
 aliorum quorundam sanctorū festiuitatibus; dominicisq; <sup>grijs</sup>  
 aut sabbatinis dieb; uisitant : qui eius summū altare <sup>summe</sup>  
 circueunt : q; summā missam : qui canticū Salue regina; aut <sup>ecclēsię</sup>  
 sermones in ea audiunt; quiue sacrosanctam eucharistiam  
 aut extremam vnctionem; ad egros deferendam sequūtur  
 aut qui sub pulsū angelicę salutationis uespertino; ter eans  
 Sedit Fridericus annis sex (dem dixerint & orarint .  
 Obijt anno Christi millesimo trecentesimo sexto; die uice  
 sima Decembris (Baptistę .  
 Sepult; apud fratrem suū p̄decessorē : in capella scti Ioannis

**I**oannes Primus . Hic ex LX  
VIII ;  
 humili obscuraq; familia natus fuit : quidam di-  
 cunt ex pago quodam circa Esselingam : alij pro-  
 pe Turregum; quod uerisimilius esse uidetur; et filiū eū fu-  
 isse extramatrimonialē; pleriq; scribunt. Quisquis fuerit  
 siue plebeius siue nobilis; siue in foedere coniūgij; siue ex se-  
 do damnatoq; concubitu p̄creatus; cōstat ip̄m uir; omni  
 uirtute; magna sapientia; religione; prudentia : sacra; litte-  
 rar; et utriusq; iuris doctrina; liberalitate : magnificentia;  
 zelo et charitate in deum et proximos subditosq; suos or-  
 natū; et a nullo suorū p̄decessorū superatū fuisse . Ascendit  
 autem sic ad nostrū ep̄atū; mortuo Friderico; canonici ecclē-  
 się argentinenſis; indicto pro ep̄i electione capitulo; uigesi-  
 ma decēbris die; non poterāt in unū cōcordare pastorem  
 sed quattuor paribus suffragijs : diuersi diuersos elegerāt  
 Ioannem de Flerichingen p̄positū : Ioannē de Ochsen-  
 stein scho lasticū; Hermānum de Dierstein; et Ioannem de  
 Erenbergo archidiaconos. Cū nōnulli ex ipsis; apud sedē  
 magūtina p̄ cōfirmatiōe sua sollicitarēt, Albert; Ro. Rex

## IOANNES . I :

Ioannem de Ochsenstein electum; ex sorore nepotem suū  
 adiutare promo uereq; cupiens; cancellarium suum hunc  
 Ioannem ( qui tam episcopus eistettensis erat ) & abbatē  
 parhisiensem; diocēsis basileensis; ad sedem apostolicam  
 legatos misit . Summus itaq; pontifex; re cognita; Ioannē  
 ab episcopatu eistettensi transferens; argentinenfī; & abba  
 tem parhisiensem circa Keisersbergam; eistettensi ecclesiæ  
 prefecit . Licet hæc pontificis prouisio; stupore multos affi  
 ceret; nihilo minus omnis clerus; & ciues argentinenses; Io  
 annem mirificis honoribus; & magno plausu in pastorem  
 & patrem suum receperunt . Hic non tam præesse quam  
 pro desse desiderans; ecclesiam argentinensem prædētissime  
 rexit; spiritualibus & his quæ ad dei laudem; animarumq;  
 salutem spectant; potissimum intentus; lapidem primariū  
 ad nouum domus fratrum sancti Dominici chorum; ma  
 nibus suis pro fundamento locauit; ordinisq; illius fautor  
 fuit . Statuta non solum prouincialia maguntina; sacerdos  
 tibus suis patefecit & inuulgauit; sed et propria sui episco  
 pat<sup>9</sup> ( quæ synodalia vocāt ) auxit atq; edidit; obseruariq; p  
 cepit . Curia & fori episcopalis; ritus reformati; aduoca  
 torum precia taxauit . Hypochrisim & supersticiones; per  
 trerosq; ritus; & errores; quarundam mulierularū ( quas  
 beginas aut beguttas appellant ) ut bonus & vigilantiss  
 mus pastor extirpauit . Atq; sciens dominum deum man  
 dalle; vnicuiq; de proximo suo; ad episcopos aliarum dioc  
 cesium; litteras transmisit; quibus ipsos fideliter exhortaba  
 tur; atq; premonerat; ut scirent sibi populoc; suo; ab hac  
 foeminei sexus gente; si ad ipsos vnq; diuenteret; cauēdum  
 esse . De qua etiam profundus iurium interpres; Ioannes  
 Andrea; in clementina; de religiosiis domibus; affirmat;

clemen  
 tina de  
 religio  
 sis do  
 mibus  
 huius  
 Ioan  
 nis fa  
 uore  
 coitur.

hominum genus esse perniciosum : et ab eis omnino esse  
 cauendum: vbi etiã huius episcopi facit mentionẽ. Memini  
 legisse me quõdam in statuto quodam ptinciali sancitũ  
 esse: vt nulla de cetero ad statum beguttarum admittatur  
 nisi quadragesimum etatis sue annum exceßerit. Hic etiã  
 Ioannes moasterio Schutterano: viginti pondo: seu libras  
 in testamento : pro quodam exoleto anniuersario legauit.  
 Suo etiam consensu: et Ioannis vicesimi secundi pape au-  
 thoritate: eidem cenobio: ecclesie tres. Salbacensis, Kirckzell  
 et Zinzwylter: taxatis annonis incorporate sunt. Pacem  
 vbiubi parere potuit: enixe peperit: bella & lites: pro virili  
 sedauit: sepe etiam de suis facultatibus non in edicum eris  
 expendit: vt suborte aut suscitande dissensionis vel exting-  
 ueretur vel interceptetur. Idem fecisse dicunt Rodolphũ  
 Scherenbergium herbipolensem episcopũ: magna laude <sup>Robul-  
phus  
epus  
hartip-  
lanis.</sup>  
 venerandum: qui etiam iniuriam passus: maluit quod nõ  
 debebat æs belli cupidis largiri: quã sue plebecule tuguria  
 incendiõrum periculis exponere. Eodem ingenio et mag-  
 nanimitate fuit Bertoldus hennenbergensis: Maguntinũ  
 archiepiscopus: Guilhelmi moderni proauunculus: qui  
 a vicinis: et ab inuidis insolentibusq; quorundam magnaũ  
 (vnius præsertim misere seducti) prefectis: cleri ofensibus  
 omniumq; censurarum contẽptoribus: mirum in modũ  
 vexatus: multisq; suorum iniurijs: danisq; lacessitus: nunq̃  
 se parauit ad arma: vt bellum susciperet: vt armorum vi se  
 vlcisceretur: misertus indubie pauperum: quicq; tuguria  
 sciebat mox inito bello: flammis peritura. Laudabo ego  
 quoad vixero: Hermannum Hassonem agrippinũ archi-  
 episcopum: & prædatum eiusdem vrbis senatũ: qui in us-  
 tras dissensiones: breui tempore passi sunt extingui atq;

## IOANNES. I.

pacificari: laudabo reuerendum cameracensem episcopū  
 qui omnem curam: operam: diligentiam: sollicit' impēdit:  
 vt suborta quomodocumq; discordia ( vnde apud alios  
 ira estuantes: pauperumq; neglectores: dira bella nasci pos-  
 terant ) non absq; reuerendissimi pontificis Hermanni: &  
 vrbis agrippinē benivolentia: e medio sustolleretur. Suū  
 vtraq; pars gaudiū: glorioso statim triūpho: patefecit: atq;  
 prudētissimo dulcissime pacis auctori: misē in modū gra-  
 tificata est. Ioannes pretereat: multos pagos: muris &  
 menib' dicens: oppida fecit. Mollisheim magna ex parte  
 ampliavit: ibiq; validam arcem: a fundamēto extruxit: et  
 illic prope Xenodochium: pro pauperibus et emeritis: cū  
 quinq; sacerdotum prebendis instituit atq; dotauit. Sicut  
 Epigrāma: supra portas hostij: in ipso introitu insculptū:  
 declarat: his verbis. Ad laudē dei: et sanctę Marię virginis  
 fundatū est hoc hospitale: per venerabilem Ioannem: epis-  
 scopū argentinensem primū: anno domini millesimo tri-  
 centesimo sedecimo: octauo Idus Septembris.

Hospit-  
 tale in  
 mollis-  
 heims  
 institū-  
 tur

Extat adhuc diuini et pontificij iuris volumina: in qui-  
 bus manus sue scriptura indicatur: in argumentum hones-  
 tissimi studij sui: atq; seruidę lectiōis. Presuit subditis suis  
 vt pater: mitissimusq; pater filijs: benignusq; & misericors  
 fuit in suos: quos et ī dulci pace: et tranquillitate: felicissime  
 gubernauit. Reliquit episcopatum: plenum: & abundan-  
 tam: temporalibus emolumentis.

Sub hoc Ioanne: anno Christi millesimo trecentesimo vi-  
 cesimo sexto: Carmelitę Argentinam venerunt: quorum  
 insigne cenobium: extra menia istum: postea metu Caroli

Canne  
 lrae  
 panti.

Burgundionum ducis ( qui Maximiliani romanorum regis socius erat ) a civibus a fundo demolitum est . Hæc fuit hic ordo : ætate nostra : virum in sacris & poeticis literis exercitatissimum : Baptistam Mantuanum : cuius poemata vix sunt inferiora vergilianis . Multa ex eis intuentus : utilissima capere posset : absq; veneno : quod non nunquam ethnici poetæ sub melle propinant . Vtinam Indimagistri : suis discipulis : hunc poetam : & Prudentium cum reliquis christianis poetis : loco spurcissimorum & inanes fabulas concinnantium : interpretarentur .

Baptista  
Mantuanus

ad ludem  
magistrum  
str.

Anno Christi millesimo trecentesimo vicesimo octavo : ecclesia omnium sanctorum argentinenfis : ab Henrico de Mülnheim equite aurato : fundata est .

Sedit annis viginti quinque

Obijt anno Christi millesimo trecentesimo vicesimo octavo .

Sepultus in Mollisheim : in xenodochio a se constructo : cum hoc epitaphio

Anno domini millesimo trecentesimo vigesimo octavo Idus novembris : obiit venerabilis dominus Ioannes episcopus argentinenfis primus : fundator & constructor huius hospitalis

LX  
IX **B**ertoldus De Bücheck .

Bertoldus iste ordinis teuthonicorum : Lantgrauj burgundionum filius : a maiore capituli parte : electus est : anno Christi octavo post millesimum trecentesimū viciesimū : viciesima prima decēbris die : ab vniuerso clero populocq; honorifice exceptus : in sedemq; pontificalem sublimatus : Quem Carolus cesar : in gradibus summæ ecclesiæ : regalibus insignijs in datus : coronam habens in capite : pomūq; & sceptrum in manibus : præstito de suis regalibus homagio sollemniter inuestiuit . Tanta fuit in hoc episcopo liberalitas : tanta religio ( id est timor domini ) tanta eloquentia : sapientia : & magnanimitas : vt in tota provincia : similis eius inueniri posse nequaquā crederetur . Quamuis etiam aduersam fortunam expertus sit : vt in seipso : verè esse disceret : q; omnes qui pie in Christo vitare volunt : persecutionem patiantur . Mortuo enim argentinensis ecclesiæ præposito Gebhardo : comite de Friburgo : duo per dilectionem ad præpositurā sunt electi : Ioannes de Liechtenbergo & Vdalricus de Sigenow : Bertoldi ex sorore nepos : cui & sanguinis affectu adhærebat : ipsumq; confirmabat : Licet Ioannes Liechtenbergensis : ab archiepiscopo magno confirmationem suā accepisset . Cuius fautores offensus : ductu Conradi de Kirczel thesaurarij : Bertoldum nocte intempesta : in pago haselocensi : in curia præpositi : in vincula conijciunt : & ad diuersa castella captiuium abducunt . Summus vero pontifex Benedictus : huius sacrilegij certior factus : illico Ioanni Senne basilensi episcopo : argentinensis ecclesiæ administrationem comisit : & contra sacri

laudes  
Bertol  
di .

Bertol  
dus ca  
pitul .

legos captiuatores ( licet contemnerent ) censurarum gloria processit . Nec in vniuersis : sed in quibusdam argenti-  
 tinentis vrbis ecclesijs interdictione seruabatur . Guberna-  
 tor episcopatus : erat Rudolfus miles : honesta & praeclara familia andelacensi ( ex qua sacri romani imperij : quar-  
 tus eligitur eques armatus seu : vt vulgo dicitur : miles ) pro-  
 creatus : cui vice praesulis : omnes praesides & subiecti iure-  
 iurando se altrungebant : Ea tempestate : Albertus austriacae  
 dux : Bertoldo foedere iunctus : ex ciuitate aqnenfi : Argenti-  
 nam praegre venit : tantumque facinus audiens : oppida &  
 arces Ioannis & Sigismundi liechtenbergenfium : obsidione  
 cingere decreuerat : nisi certo cognouisset : Conradum de  
 Kirckel : huiusce captiuitatis precipuum esse ducem atque au-  
 ctorem . Qui etiam alioquin cum multis alijs ecclesiasticis  
 Bertoldo insidiabatur : quod edicto publico mandauerat : vt  
 omnes ecclesiarum rectores : & caeteri personatus habentes  
 sacerdotio iniciarentur : in qua re magnam dei partem of-  
 fenderat . Bertoldus ubi in vinculis quattuor menses latu-  
 isset : post plurimos amicorum tractatus : sub multis cautio-  
 nibus : datis obsidibus : variisque pactis premijs : tandem li-  
 beratus est . O mala tempora : in quibus subditi in princi-  
 pem : oes in pastorem : filij in patrem : violentas manus  
 insolenter iniicere ausi fuere . Patrem inquam : a quo vitam  
 animae : sacraque fidei misteria ( sicut ipse a Christo per su-  
 um vicarium acceperat ) acceperunt . Vbi tum domini ti-  
 mor : ubi timor summi pontificis : & eius censurarum :  
 ubi leges : ubi ratio : ubi ius : ubi fas : acquitalque : Tem-  
 poribus illis : Ludouicus bavarus quartus romanorum im-  
 perator : non bene conseruauerat cum sede apostolica : vnde et  
 a regno deturbatus : & anathemate notatus erat . Bertoldus

Andea

Bertoldus non nullis de clero exosus propter honestum coicum

Contra inobedientiam

Ludo- uicus quartus papa contra manus

## BERTOLDVS .II.

vero : tanta prudentia fuit : vt ( ne vel summum pontifis  
 c. m. : vel romanorū imperatorem læderet ) Henrico magū  
 rinx sedis archiepiscopo perfualit : episcoporum eiusdem  
 provincie congregationem fieri : apud urbem nemetens  
 sem : siue spirensem : vt ex cōmuni consilio : ad sedem ap-  
 postolicam : sacrosanctumq; cardineum senatum : mitterē-  
 tur legati Vdalricus cūriēsis episcopus et Gerlacis comes  
 de nalloe : qui pro Ludouico imperatore : papæ reconcili-  
 ando : apud sanctitatem suam enixe laborarent . At Bene-  
 dictus papa : Franciæ regem expanseus : qui Ludouico  
 infestus erat : tot episcoporum precibus : annuere non aus-  
 debat . Bertoldus quoq; cum vrbe argentinensi : parerne  
 & beniuolenter consentiens : imperterritus : populis suis  
 acceptissimus : hostibus vero terribilis : in contribules &  
 familiares suos beneficis & liberalis : episcopatum suum  
 vehementer auxit : adiiciens ei terras : alijs impignoratas .  
 Nā oppida et castella transhenana : Offenbürgū Gen gē  
 bachum : & Ortenburgum : cum suis appendicijs : de mas-  
 nu Marchionis badensis ( cui ab imperio obnoxia erāt )  
 pro quattuor et quādraginta florenorum millibus eripuit  
 atq; maximis suis laboribus : meritis : & singulari impera-  
 toris beniuolentia ( electoribus consentientibus ) ecclesiæ  
 suæ adiunxit . Arcem Stouffenbergum potenter obsidēs  
 solotenus demolitus est : propterea q; Reimboldus eius no-  
 minis miles : Albertum de augia equitem atratum : epis-  
 scopi familiarem : in sua parte arcis turbaret : nec pacifice  
 in ipsa lineret cōmorari . Ciuitates preterea imperij  
 in Alsacia sitæ : Bertoldo ex edicto regis aduersabantur :  
 propterea q; ipsi homagium ( yti vocant ) prestare recte  
 faret . Bertoldus autem : auxilio ductum Austriæ : basiles

Bertol-  
 dus si-  
 cri con-  
 uentū  
 episcopi  
 persuas-  
 det.

Bertol-  
 dus ter-  
 ras trā-  
 rhenan-  
 nas ab  
 imperio  
 ecclesiæ  
 adiun-  
 xit.

Stauf-  
 fenberg  
 vastat.

ensis episcopi: abbatib; morbacensis frater: oppidū Slet  
 stat ( quod Ludouici partes foueret ) obsidet: vallem le  
 boracensem: & alia loca finitima: vineaq; deuastat. Non  
 minori tamen ignium iactura: Sletatini: oppida &  
 pagos episcopales affecerunt. Tandem episcopus: vires  
 imperij: & precipue vrbis argentinensis: formidās: que in  
 mādati: ab impatore acceperat: vt ipsi bellū indiceret: Lu  
 douici gratiā ( pōtifice dūsimulante ) sibi cōciliavit. Ber  
 toldis quoq; arcem Hoenstein fortissimam: funditus di  
 ruit: & solo æquatit. Dambacum: & Bersam pagos  
 muris & menibus cingens: oppida fecit. Truttenhulens  
 ses magnis priuilegijs muniens: a decima de bonis suo  
 labore & sumptū cultis præstanda: exempt. Sacellum in  
 diuæ Catharinæ honorem ( quam plurimum veneratus  
 est ) a parte meridionali: templi argentinensis extruxit:  
 tresq; aras: cum quattuor præbendis: copiose a se dotatis  
 erexit: quarum possessores: leuitarum maiorum munus  
 in summo choro implent: quod olim ad ecclesias colle  
 giatas attinebat. In eodem sacello: sepulchrum suū ex  
 trui viuens mandauerat: sed cum opifices eo inscio: in  
 ornatu & impensis: excessissent: iudicabat se: aut cor  
 pus suū exanime indignum: tam mirifico decore: &  
 splendido quietis apparatu. Ideoq; locum illum: pro se  
 pultura domini nostri: pro nobis crucifixi: deputans: ali  
 um humiliorem: sibi e regione delegit.

Slet  
stat obf  
derux

Gastar  
hoenstei

Daba  
cum ex  
Bersa  
oppida  
fiunt.

Capel  
la san  
ctæ Ca  
tharinæ  
extruē

## BERTOLDVS .II.

Bertoldus iam senio fessus: vt erat vir circūspectissimū: ecclesiarū suarū fidelissimus pastor & rector: ep̄atus regimen Ioanni Liechtenbergenſi preposito: cōmisit: in suarū postestatem terras eius tradidit: quo facilius: absq; dissensione & litium ambagibus: Ioannes ei post suam mortem sufficeretur.

**Iudeo**  
**Iatro.**

Anno Christi millesimo trecentesimo trigesimo septimo Iudeis quidam Iatro: p̄nellam cui nomen Elyzabeth: occidit: corpus virginis ad sanctū Andream humatum: sit ad eius sepulchrū concursus populi cum cera: breui tempore durans. Iudeis per urbem: in pelle suilla tractus: & mēbris contusis in rotam collocatur. Eius aetate: anno Christi quadragesimo post millesimum tricentesimum: **Domus Carthusiensium** a Ioanne de Myszna: Gerardo de Saxonia: Vuembero de Hassia: ciuibus argentiniensibus: iuxta Bruscam: erecta est. In qua paulo post: circa annum Christi septuagesimum septimum: Ludolfus Saxo (Cardinalis cuiuspiam olim confessor) sacrosanctum illū ordinē (qui nunc a primis institutis defecit) professus: varia vtilissima deuotissimacq; conscripsit. Et inter cætera: meditationes in vitam Christi: lectu reuera iocundas: & ad insflāmandū affectū: idoneas: deuotionisq; excitatiuas. In primo capite primæ partis: exactus lector: penicillat: poterit: ipsum quoq; Ludolfum: philosophum scholasticūq; theologum fuisse. In eiusdem partis capitulo sexagesimo octauo: superbiam: luxuriam: & auariciam sacerdotum etiam religiosorum: acerrime reprehendit. Neq; silentio præterijt: in stipendijs & beneficijs ecclesiasticis: plus satis abundātes effluenteq;. Quorū pleriq; neq; sciētia neq; no

**Carth.**  
**siensiu**  
**domus**  
**engitur**

**Ludol.**  
**l. b. sic**  
**ret.**

bilitate preclari: mitatis almitijs: & enactatis stallis: dimi-  
nutoꝝ dei cultu: & animarꝝ suffragijs pessundatis: seiplos  
(saltem apud populum murmurare solitum) faciunt de  
execrabili avaricia suspectos.

Sub hoc etiã Bertoldo: Carolus quartus: in festo diui Florentij: in Hasela fuit:  
anno imperij sui octavo: acceptaq; reliquiarum sancti Flo-  
rentij parte: in Pragam secum abduxit.

Cæterum in huius Bertoldi pontificatu: anno Christi millesimo tricē <sup>dades</sup> <sup>maxia</sup> <sup>et iudeꝝ</sup> <sup>orū cō</sup> <sup>crena</sup> <sup>no.</sup> <sup>no.</sup>  
tesimo quadragesimo nono: dira inualuit: in vniuer-  
sa fere terra. Occubere passim iuuenes & senes: Argentie  
sedecim millia referuntur extincta. Nec vlli cognita tantę  
mortalitatis radix. Oritur contra iudeos suspicio: fontes ab  
ipsis veneno esse infectos: trahuntur in Berna et Zofingia  
ad cordas: fatentur in questionibus culpam. Inuentū autē  
in fontibus esse venenū: ignibus cremantur. Plebs vrbis  
basileensis collecta senatum cogit: vt hebreos itidem exur-  
rat. Nec in ducentis annis vllum intra menia recipiat. Re-  
nunciantur hæc argentinesibus: continere Bertoldus &  
ciues cum alijs ciuitatibus: in oppido Benefelt: consultant  
quid facto opus sit: decernunt presul & alij pleriq; verpos  
igni aut exilio plectendos: oratores vrbis argentinesis: cō-  
tra asserbant: sibi nihil mali: de suis iudeis constare. Inter-  
cluduntur tamen hebrei in Argentina: custodibus adhibi-  
tis: ne effugiant. Populus furens instat: vt flammis extran-  
tur. Reipublicæ rectores qui tum erant soli triumviri: Gos-  
so Strimus: Contzo de wyntertura & Petrus swarber:  
populum compescere student: iudeis datam esse fidē pub-  
licam: quam non liceret violari: affirmabant. Neminem  
vltimo plectendum supplicio: nisi iure conuictū et per sen-  
tentia mortis adiudicatum. Plebs morę impatiens: suspicac

## BERTOLDVS

batū: Petram muneribus esse corruptū. Fit ingens sedi-  
 cio: tria milia tantum furorem ferre impotentes: a se magis-  
 tratum abdicant. Noui eliguntur rectores: vincit populus  
 que n. vehemens furor irrisurandi meminisse nō sinebat;  
 Vulcano cōmittuntur hebrei: in suggesto: in ipsorum ces-  
 miterio: quorum circiter duo millia exusti referuntur: ter-  
 tiadecima Februarij die. Quotquot sacro baptismatis fontis  
 te ablui cupiebant: eis vita data est. Paruuli multi: fidei sa-  
 cris iniciandi: vel inuitis parentibus: rogo erepti sunt. Cir-  
 cumafosꝝ bona inter opifices manuales distributa. Multi  
 tamen opificam: partem suam: vel ad ecclesie summe fabri-  
 cam: vel in alios pios vsus: iuxta confessorum suorum ius-  
 sa & consilia: disperferunt. O quantum est habere confes-  
 sorem prudentem atqꝫ fidelem: non suum sed animarꝝ lu-  
 crum accurate querentem.

Tales  
 paucos  
 munitis  
 parenti-  
 bus bap-  
 tismi  
 pass:  
 theolo-  
 gi scri-  
 burg. in  
 nuper  
 publica  
 disputa-  
 tione de-  
 creuerūt  
 quibus  
 astipul-  
 tari sic  
 iurecō-  
 s. d. ric.  
 holer et  
 adri-  
 9. jasi?

Sedit annis viginti quinque

Obijt in die sancte Catharinæ: in qua & natus: & in epi-  
 scopum electus fuisse dicitur: anno Christi millesimo tres-  
 centesimo quinquagesimo tertio.

Sepultus in sacello eiusdem sancte Catharinæ a se extru-  
 cto: cum hoc Epigrammate ad parietem: circa locum pe-  
 dum affixo.

Anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo ter-  
 tio in die beate Catharinæ virginis: in hac capella per se  
 in honorem eiusdem virginis constructa: Sepultus est ve-  
 nerabilis Bertoldus de Büchecke: natus Lantgrauij in Bur-  
 genden: huius ecclesie episcopus: qui ecclesiam hanc vig-  
 inti quinque annis sapienter rexit. Orate pro eo.

# Ioannes de Liechtēbergō LX X

Secundus Ioannes iste omnium cōmuni suffragio in episcopum argensinensem electus est: anno Christi millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio: quarto nonas decembris. Vir fuit admodum deo deuotus: prorsusq; diuinis deditus: integer: maturus: moderatus: humilis: osor pompe et fastus: in victu sobrius et temperans: in veste simplex & frugalis: pius: misericors: sincerusq;: cleri sui fautor & amator. Sacros ordines per seipsum contulit: ecclesiasq; & aras dedicauit: ceteraq; omnia officia: quæ ad episcopū attinent: propria in persona exercuit & impleuit. Nō sicut hii qui temporalibus & delicijs vacantes: spiritualia reijciunt in cooperatores. De quorum immensa cupiditate & exactionibus: supra procuraciones extortis: nōnunq; agricolæ ceteriq; populares: ecclesiarum & altarium dedicatio non appetentes: conuersionem fecerunt. Neq; enim incredibile est: quosdam vel gloriæ cupiditate: vel libertatis & exemptionis a sua professione: amore: ad insulā & suffraganeatum inhiantes: protutionibus suis renunciaffe: sperantes forsitan: a pōpulo & ceteris: suorum officiorum egētib;: compensationem sibi esse futuram. At si mortales ipso: si summū pontificem fallere possumus: deus tamen qui scrutator est cordium: irrideri aut falli non potest.

Dū comitatū Alfaciē provincialē (quē lātgrauiatū vocāt) comites otūngenses iure successiōis ad se deuolutū cōtenderent: Ioannes eūdem a comitib; p̄fatis maxia pecuniarū summa episcopatu suo comparauit. Quamuis prius ab vltimo Lantgrauio Ioanne (in quo stirps illa extincta est)

*Deo  
nach  
quidā  
suffra  
ganci.*

*Ioanes  
lātgrau  
tū Alfa  
ciē quia*

## IOANNES .II .

comitatum illum emisset . Veruntamen tam successa tē-  
poris experiretur; terras illas; quæ ad Lantgraviatum perti-  
nent; non tantum emolumentū annuū & fructuum inferre  
vt magnitudinē precij expositi; iuxta cōmunem estimatio-  
nem responderent; tam bona et sincera fuit conscientia; tan-  
toq; domini timore perfusus Ioannes; vt a summo pontis-  
fice; agnitæ culpæ seu imprudentiæ suæ veniam postulas-  
ret; dispensationemq; humiliter obtineret; quod mensam  
episcopalem; haud exiguo ære alieno grauariisset. Ioannes  
quoq; in contribules & nepotes suos; largus & beneficus  
fuit; sibi ipsi quandoq; detrahens; vt suos pro virili exalta-  
ret . Humanitatē singularem; atq; honorem mirificum  
impendit generali fratrum minorum capitulo; quod an-  
no sui episcopatus octauo; Argentinæ celebratū fuit. Ge-  
neralis a sancto Francisco; vicesimus secundus; erat Mar-  
cus viterbiensis; Prouincialis vero; Albertus marppachius  
Aderant tum in eo capitulo; reuerendi patres; deuotiq; fra-  
tres; octingenti atq; triginta . Cenobium in Dachstein (in  
quo canonicos regulares; sub diti Augustini institutis;  
Christo militantes collocauit) a Ioanne fundatū est atq;  
erectum; quos Lambertus eius successor; paulo post eiciens  
in diuersa loca; assignatis tamen emolumentis; dispersit.  
Introductis in eum locum religiosi ex clīuo superiori; quā  
Steyam appellant; in montanis Zaberniæ & Mairimona-  
sterio finitimis. Hic Ioannes; etsi in regiminis sui principio  
cum reipub. argentinensis ciuibus; aliquātulum dissentis-  
ret; breuī tamen post intervallo; ab vrbe indignationem  
suarū excludens et auertens; magnopere ipsam diligere cœ-  
pit . Nam et Ioannes iniuriā; subditis suis; a ciuibus ha-  
genoiensibus illatam; vlturus; ciuitatem ipsam auxilio ar-

Secū  
dū gñā  
le capi-  
tulum  
fratrū  
ordinis  
sancti  
frāisci

Ceno-  
bium i  
dagstei  
erigit:

gentinensium : foedere iam sibi copulatum : obsedit : propugnacula destruxit : & fontium meatus subterraneos obstruxit . Cives quoque Slesstattini : notarium quendam Ioannis captum : ultimo rotæ supplicio affecerunt : quapropter Ioannes : civitatem ipsorum : obsidione circumdedit : & postquam vinetis iacturam adduxisset : castra solvit & discessit .

Mag. et  
not. ob  
siderur.

Slesst  
stat. ob  
siderur.

Huius Ioannis temporibus : Anno sexagesimo quinto post millesimum & trecentimum : turba ingens & societas : ab Anglis & Britonibus : collecta ( in qua viginti equitum millia fuisse referuntur ) in Alsaciæ fines irruit . Ducem exercitus : archipresbiterum appellabant . Ducemque pagos & casulas agrorum exurunt : ipsos ex rure : arces & oppida intrare compellunt . Appropinquant alienigenæ isti menibus urbis Argentinae : laessuntque : & ad pugnam provocant ipsos cives : & se cum illis offerunt bellaturos . Aduenerat tempore illo : in hanc regionem Carolus quartus : romanorum imperator : ex Avinione ( ubi papam salutaverat ) navigio reversus . Diuertit ad oppidum Saltzam : sacrosancti romani imperii princeps : ceterosque proceres convocans : quorum auxilio peregrinos illos a terris nostris expelleret . Conteniunt imperator cum gente sua : & antistes urbsque argentinensis : & terrarum nostrarum incolæ : & apud pagum Etschbolitzheim : castrametantur . Vbi cum dies septem remorati fuissent : Ioannes & urbis Argentinae : ceterarumque civitatum cives : imperatorem adveniunt : ipsius maiestatem hortantur : ut castra solvat : & in Britones & Anglos illos irruat . Quid ultra differre opus sit ? quidni festinent ? ut illos persequantur : & vincant : qui manibus suis elabi

Angli  
et vas  
stant at  
faciant

Genie  
Carolo  
quartus

## IOANNES. II.

Maus  
 iulij cae  
 saris.

possint. Ad hæc **Cæsar** : opereprecium esse : vt reliquos  
 rum principum (quos litteris suis accerserat) gentes expe-  
 ctentur : fatius esse cum pluribus adiutoribus et maioribus  
 copijs : quam cum paucis intempertur : hostes aggredi.  
**Vtinam** fuisset **Carolus** : & essent cæteri christiani impera-  
 tores : **Iulio** similes : cui omnis mora molesta fuit : qui  
 nihil credebat actum : cum quid superesset agendum. Sci-  
 ebat enim : periculum in mora esse : & ferrum dum calet  
 excudi debere. Post multas tandem dilaciones : impera-  
 tor archipresbiterum illum : cum suis complicibus : e pa-  
 tria nostra pepulit : insequutus eos vsq; ad **Columbariã**.  
**Redeunt** ad sua **cæsar** & ciuitates : nec minori iactura pau-  
 peres in rure afficiunt : quam gens illa **anglicana**. **Ioannes**  
**cognita** & **perspecta** : tam immensa : & amplissima subdi-  
 torum suorum calamitate (quam tum ab amicis : tum ab  
 hostibus perpelli fuerant) misertus desolatae plebeculae :  
 quia pius & misericors : & (velut alter **Nicolaus**) valde  
 compatiens erat : & super afflictos : pia gestabat viscera :  
 grauitate ægrotare coepit : & vita functus est : anno sexa-  
 gesimo quinto : post millesimum trecentissimum : decima  
 quarta die Septembris. Sicut eius vitæ socia vir-  
 tus fuit : ita & gloria mortis comes. Nam demortuum  
 multi populares : inter diuos assumptum : deiq; confor-  
 tio ac familiaritate : beatum credidere : suisq; apud deum  
 immortalem : meritis & intercessionibus : plurimis cor-  
 pore debilitatis : & vario morborum genere cõfectis : op-  
 tatissimam incolumitatem redditam esse predicarunt.  
**Constitit** ad eius sepulchrum : frequens populi multitu-  
 tudo : & ceram cereasq; imagines : illuc affatim appende-  
 bat. Sed (vt est mobile vulgus) anno dütaxat vno efflu-

xo: plebis ferror refriguit: sanctitatisq; suæ fama sopita est

Sedit annis duodecim

Obijt anno Christi millesimo trecentesimo sexagesimo quinto: decimaquarta die Septembris.

Sepultus in capella sancti Ioannis Baptistæ: cum hoc epitaphio

Anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quinto: Idibus Septembris: obiit venerabilis dominus Ioannes de Liechtenberg episcopus huius ecclesiæ argentincnsis.

## **I**oannes de Linie tertius <sup>LX</sup><sub>XI</sub>

Post mortem Ioannis Liechtenbergij: inter canonicos episcopum successorem electuros: grandis altercatio suborta est: & quidē nimis diuturna. Nā in totius anni curriculo: concordari non poterant: quem nam præ cæteris eligere vellent. Summus itaq; pontifex Carolo quarto morem gesturus: antifiitem ecclesiæ dedit non conterraneum: neq; germanum: sed natione gallicū. Ad id redacta est tanta controuersia dilatio. Argentinē ses summo pontifici (vt par erat) obtemperaturū: Ioannē illum gallicum: in p̄astorem suum susceperunt: vndecima Iunij die: anno post millesimum & trecentessimū sexagesimo sexto. Fuit Ioannes iste gallicus: homo dulcis: mansuetus: blandus: & simplex: & corpore formosus: sed lurco: gula: ebrietatiq; deditus: cui nihil tam assiduum: tamq; preciosum erat: quam delicatis epulis: viniq; potionibus vacare. Nec enim mane cuiquam

## IOANNES III

adventanti : facile responsa dabat : nisi gētaculo prius sumpto : immo nisi gallinam ante elixam devorasset . Per mittebat maiorem regiminis : & administrationis partem præfatis : & officialibus suis . Rarum enim est : ut ab homine nūcquā sobrio : postulāda sit prudentia . Quod nisi magnatum & antistitum officii : deum timeant : avariciam oderint : ac munera spreverint : ius læditur : republicæ pereunt : immo regna labant . Gaudeo tamen illum gallum fuisse : non germanum : ne solis nostratibus : vini cupiditas : ab alienigenis impropere possit . Adeo siquidem gallus iste : ventri & gulæ deditus fuit : ut a vulgo cappiutorax : lingua sua Fappeneffer appellaretur .

*Exod  
viiij.*

*happen  
esser vo  
satur.*

Cum Ioannes argentinenſi eccleſiæ : annis quinque præſuiſſet : tranſlatus eſt ad maguntinum archiepiſcopatum : quippe qui Caroli quarti Ro. imperatoris cognatus fuit . Breui autem tempore : in ſede maguntina ſupererat : quoniã in alta villa : veneno intoxicatus eſt : anno Chriſti milleſimo trecentefimo ſeptuageſimo tertio . Sub eo : anno Chriſti milleſimo trecentefimo ſeptuageſimo : Ioannes de Ochſenſtein decanus argentinenſis . ſuggerente Amando de Kyburg præpoſito : ex ædibus proprijs : a Renato de Windecſ : noctu captivus ductus eſt . Seratus argentinenſis : præpoſitum conſcientia tanti flagicij latitantem : apprehēdit : & in carcerem vinculaque coniecit : annoſque duos & dies viginti unum : captivum detinuit . Cogebaturque ꝑ ſumptibus et impenſis : quas vulgo acz vocant : circiter octingentos aureos præſtare nummos . Decanus autem priuſquam libertati reſtitueretur : quattuor florenorum millia perſolvere : & pro impenſis nihilominus : centum aureos nūmos : Renato reddere vigeſebatur . Quomodo

*Deca  
nus ca  
pitur.*

poterit florere: aut florē suū augere respūb: cum in ea pri- <sup>Extra</sup>  
 mores: apud quos summas rerum est: toruis sese oculis in- <sup>discor</sup>  
 tueantur. Taceo de iniurijs: simultatibus: factionibusq; <sup>dians</sup>  
 quibus non solum Germania: sed et vniuersa christiāitas <sup>confra</sup>  
 labefactor: ne turcos exterminare: ne saltem Constanti- <sup>trius</sup>  
 nopolim ab eorum dominatu eripere possit. <sup>et gerit</sup>  
<sup>uianoz</sup>

Sedit annis quinq;.

Obijt Ioannes Anno domini millesimo trecentesimo Sep-  
 tagesimo tertio.

**L**ambertus de fonte: vul/ LX  
 go de bume. Hic ex mediocri equitū alsaticorum ordine: XII

Guilhelmi de fonte: equitis aurati filius: a sede aplica: in  
 episcopum argentinensem exaltatus: preter capituli volū-  
 tatē: Assumptus est: Septima Septēbris die: Anno Chris-  
 ti septuagesimo primo: post millesimum trecentesimum  
 fuerat primū monachus ordinis sancti Benedicti: in nouo  
 villari vulgo Nowiler: deinde abbas in Gengenbach: des-  
 mū episcopus Briximensis atq; Spirensis: postea Argenti-  
 nen. postremum Bambergēn. quoniam Caroli quarti  
 Imperatoris: magister epistolarū et Cancellari<sup>9</sup> erat: idēq;  
 multa per Imperatorem potuit et obtinuit: sicut enim in  
 litteris & doctrina: ita etiam prudentia seculari (ne dicam  
 astutia) ceteros excellebat: timidus tamen et secors: ignas  
 trusq; suoz defensor: & inmitis ipsorū exactor fuit. Licetq;  
 proceres ipsum odio prosequerētur: Fortuna tamen ei reū  
 temporalitū (si fortuna saltem appellanda est) propicia fuit:  
 it: postq; antistes Bambergēn. euasisset: nihilominus Argē

## LAMBETVS .I.

**Cano-  
nicos  
regular  
es ex  
dagstn  
eieat.**

**Opis  
du. S  
hypo/  
lin per  
didit.**

**Ceno-  
bium  
i geng/  
endach  
a quib/  
fidatū  
zariū.**

tinenſis eccleſie adminiſtrationē ſibi retinuit: In quo canoni-  
ci offenſi: alterū preſulē deligere conati: de vno paſtore (ph:  
dolor ) concordēs eſſe nō poterūt. Hic Lambertus: cano-  
nicos regulares: a Ioanne Liechtenbergio: in dachſtein  
collocatos: eiecit & diſperſit. fratres de ſtenga illuc introdu-  
cens. Huic Lambertus: dux Lothoringie: oppidū ſancti  
Hypoliti: per minas abſtraxiſſe ſcribitur: aſſerens iure ad ſe  
hereditario prinere. Sunt qui tā varios ſtatus: totq; ep̄atus  
( de quibus ſeſe Lambertus ingeſſerat ) ambitioni aſcribāt.  
Licet ipſe procul dubio: certo ſcire potuerit: quod deus ſuis  
perbis reſiſtat: & det gratiā humilibus: Homini ambitioſo  
dulce atq; iucundū eſt: in tota aliqua terra: primū & ſupre-  
mū principem eſſe: clementē aut clementiſſimū ſeſe vocari  
ab omnibus genua ſelecti: manus & ep̄iſtolas porrigendas  
exoſculari: in aduentu ſuo aut exitu: omnē plebeculā accu-  
rere: ſeſe necis & vite poteſtatē habere: At vbi moriēdū: vbi  
ſub iuſto iudice aſtendū. vbi de cōmiſſis animabus rō red-  
denda eſt: Dulcedo in amaritudinem vertitur. Vtinam nō  
perpetuo duraturā. Nec tamen lambertum iudicare velim:  
Credibile eſt ipſum vanitatis huius mūdi perſeſum: ſe tan-  
dem ad deū conuertitſſe: Namq; ad Cenobiū Gengenba-  
cēſe redijt: in eo ſepult⁹: Quod olim ab illuſtri familia zar-  
ringia fundatū: magnificeq; dotatū fuit: Erant: olim zarin-  
genſes dūtaxat comites Sturtzache cenobiū fūdatores: poſt  
annos aut aliquot: in dices exaltati ſunt. Quorū quidam  
dux preclarus: magnificas quaſdā ciuitates: inter Helueci-  
os ſiue alpinates: edificauit atq; erexit. Confido bellicoſiſſi-  
mos cōſtantiſſimoſq; Heluecios: propter beneficia iam pri-  
dem exhibita: libertateſq; abunde cōceſſas: prope diē Ro-  
manorū: imo ſup̄mo chriſtianorū Regi: principibusq; no-  
ſtris proſus recōciliatū iri: noſtreq; nationi: cōtra quoli-  
bet ( criſti p̄ſertim ) hoſtes: vnanimiter auxilia preſtituros.

Sub hoc lamberto Anno christi septuagesimo primo: post <sup>Joāne</sup>  
 millesimū & trecētesimū; loānīte ī domū viridis insule; vul <sup>plānt</sup>  
 go zu dem grienen werd; Argentīe in suburbano curri-  
 sicū recepti sūt. Quē dudū a wernhero Senescalco huncen-  
 burgenſi. Anno millesimo ducentesimo tricesimo tertio:  
 pro canonicis regularibus fundata: eiusq; ecclesia: āno pau-  
 lo post Quinquagesimo secūdo: deo dicata phibetur. Verū  
 postq; aliquot annos; domus illa: in manibus vel canonico-  
 rū regulariū; vel monachorū or. S. bñdicti fuisse: sensim  
 cū ipsa religione; deficere cepit. Tum Rulmannus Delphi <sup>Der</sup>  
 nus. ligua nostra Merſchwin) ciuis Argētoracē. seculi p <sup>twyn</sup>  
 testus: & in amore dei feruescens; fundū patrimonijq; sui  
 partē: pro amplificandis loci illius edificijs; tradidit Ioanni  
 tis sacerdotibus; christiq; ministris: Fuit Rulmannus ille;  
 miris visionū reuelationūq; gratijs illustratus; opuscula q̄  
 dam scripsit (licet in germanica lingua) deuotis ac modū  
 ytilia: & ad cōtemplationē aptissima: Cū pijs fratribus; eo-  
 dē; in loco; pie vixit: foeliciter apud ipsos requiescens; locus  
 quidē amēnus; & Regū Romanorū; apliceq; sedis legatorū  
 habitatiōe dignus; Religio in ea hodie floret; humane fra-  
 gilitati cōsentanea; nec vlli molesta; dñm deū magis quā  
 seipm; aut momentaneas voluptates amāti: & sicut dñs de-  
 us; in ipsa pie colitur; primūq; regnū dei; illic & iusticia eius  
 queritur: ita & iuxta eiusdē saluatoris nostri promissum;  
 temporalia ei nō desunt; sed adiunguntur.

**H**idericus secūdo: de Blā <sup>LX</sup>  
 a sede aplica: in ep̄m Bambergē sublimatus: & <sup>XII</sup>  
 administrator argentīnē ecclie; constitutus esset. Canonici  
 argētinē. moleste ferebāt; administratorē sibi a papa datū eē  
 Indictorū capto; p ep̄i electiōe; decima q̄nta february die;  
 āno xp̄i. M. trecētesimo; septuagesimo. v. Duo p discordiā

## FRIDERICVS. II.

( quia maxime res dilabuntur ) sunt electi: Ioanes de Ochsenstein decanus: & Georgius de Veldentz Scholasticus: Ioannes ab archiepo Moguntino confirmatioe accepta: curiam suam iudiciariam: aliquanto tpe exercuit: & de reliquis ad epm pertinentibus: sese intromisit. Georgio aut suffragijs suis renunciare nolente: negociu transferretur ad urbem: vbi cum illis & discordia aliquamdiu perdurasset: Summis pontifici posuero: neq; Ioanni: neq; Georgio: sed Friderico de epatu prouidit. Is protisionis apostolice litteras: vicesima secunda septembris die: anno post millesimum & trecesimum septuagesimo quinto: apud Argentinam: legi & publicari fecit: paulo post: vicesima sexta decembris die: ab vniuersa ciuitate: & omni clero argentinensi ( demptis maioris ecclesie canonicis ) in epm: cum omni honore est receptus et assumptus. Fridericus ille licet etate iuuenis esset: admodum tamen doctus: & bonarum litterarum: precipue humani iuris litterarum peritus fuit: & strenuus & impertentus: sed plus satis audax ( ne dicam temerarius ) cursu temporis esse cepit:

*Faciam  
faci*

*Collectas  
imponit:*

*Quid  
fuit ter  
rarum  
et pecu  
nie,*

Mox tamen in vniuersa diocesi: communem pacem procurauit: sed in clero & agricolis sibi subditos: diuus exactor fuit: insolitas collectas imponens. Vnde collegia Argentinensibus: que ad sedem apostolicam appellauerat: a senatu etiam defendebantur: ita vt mutua vtrinq; concordia tandem caperetur. Abbates & abbatissę: pro suis confirmatõibus: grati ab illo multa torquebantur. Pauci in episcopatu: tum laici: tum sacerdotes: e vitis excesserant: ad quorum relicta bona: manus suas rapaces non extenderet: Ioanne comite Fürstbergensi: apud Sempachium: ab heluetijs iterum: oppidum Hasela: in valle Fürziche: contra heredes usurpauit: Cithonem marchioe Hochbergense filium occiso: fratris suis pagum

Herboltzheim vi abstulit: terras quas a comitib' de Och  
 fenstein : ad bellū cōtra Heluocios proficiscentibus : tanq̄  
 ad fideles manus sibi creditas acceperat : vt illis absentibus  
 eas tutaretur: postea reddere recūabat. Prætendens omnia  
 hæc loca : veluti farda aperta : ad iura ecclesiæ rediisse .  
 Cum quidam argentifodinam : apud Gengenbachum  
 repperisset: & illic multis impensis foderent : ipse affirmās  
 montem ad se pertinere: argentum inuentum vi abstulit:  
 pollicitus se coram romanorum rege: iusticiam illis reddis  
 turum . Denum cum vrbs Argentina bannum imperia  
 lem incidisset: propterea quod Brunonem de Rapolsteim  
 conciuem suum ( qui militem anglicum : in graui capti  
 uitate detinebat ) ad officium cogere: & vt captiuum liber  
 tati redderet : ei persuadere: tarda erat & segnis : edictum  
 regiū contra vrbs diuulgabatur in finitimas terras. Prin  
 cipes multi comitesq̄ : tanq̄ regijs mandatis parituri : ar  
 ma in vrbs mouent : pagos vastant : ciuium ædes : in  
 rursitas : igni consumunt: vina : fruges: redditus : ligna:  
 salem : alsæ influxum inferri prohibent : pecora abigunt.  
 Fridericus odium in vrbs dissimulans : simulansq̄ be  
 nivolentiam : inito clam cum principibus concilio : per  
 suos officiatos : vrbs bellum indicit : pontemq̄ rheni flā  
 mis exurere temptat : aptatis ad id incendium lignis aris  
 dis : straminibus & sulphure conspersis : in nauesq̄ valis  
 das : quæ per rhenum descenderent collocatis: vt belli ma  
 gis quam pacis cupidus esse videretur : quamuis sciret si  
 bi vt patri cum filijs : pastori cum ouibus esse decertandū.  
 Consilio tamen malo corrumpi potuit : habebat enim  
 ipse confessorem : monachum ordinis augustiniensium :  
 cui nomen Ioanni de Mucence . Hunc perhibent: depre

Bruno  
de Ra  
polstei

Reg vr.  
bi cōtra  
rius.

De cō  
fessore  
Frider  
ci mo;  
nach  
augu  
stinia  
no,

## FRIDERICVS II.

dationi pecorum ciuitatis : non solum interfuisse : sed et  
 opem attulisse : et militis more : partem accepisse spoliore.  
 Et hic tamen senex admodum erat : sed ampla & spacio  
 sa : vel nulla conscientia . Nam quoties Fridericus : nocte  
 intempesta : aliquo eques proficisci volebat : confessor ille  
 iamprimum expergefactus : atq; e lecto surgens : horis cas  
 tronicis : ante missæ officium dici solitis : nondū persolutis  
 rem illi diuinam faciebat . Episcopi mores : ex confessoris  
 vita : candidè lector diiudicare potes . Nec id ordini mas  
 culam inurit : nam neq; Christi collegio defuit Iudas . Po  
 terat hic frater : in florenti terra : cum domino suo : pacifice  
 vitare : sed furore genij sui : aut caco daemonis astu : impul  
 sus est : vt esset ei viuendum latronis ritu : vt tantum habe  
 ret : quantum rapere potuisset . Bello tandem a rege roma  
 norum sedato : Fridericus contristari coepit : q; non om  
 nia ex sententia sua successerant : nec voti compos eratisset :  
 quoniam militibus suis : in magno aere obnoxius fuit :  
 quod se ipsis prestaturæ : sub syngrapho sponderat . Nō  
 cogitabat ipse : q; terras per bella parare : sit aureo hamo  
 piscari . Equites solutionem appetentes : ipsum tandē Fri  
 dericum : quem paulo ante adiuerant : persequi : & iacturis  
 afficere coeperunt . Propterea Fridericus delibebat : qua  
 nam via e nostro fugiens : alium quempiam epatum : asse  
 qui possit . Nam et dudum pro archiepatis maguntino  
 et item treuerensi : sollicitus instabat : vt elector imperij vo  
 caretur : tanta fuit ambitione suffusus . Summus itaq; pō  
 tifex : epatum traiectensem ei contulit : & ab eodē Guil  
 helmum auellem : ad argentinensem transfulit . Experti  
 hāc rem officiales : prefectiq; Friderici : obedientiā ei mox  
 subtrahunt : ac deinceps neq; arces neq; oppida : nec vllū  
 epatus argentiniēsis receptaculū : ipsi patere sinūt . Cogitur

Execu  
 sator  
 cr. lo.

Frideri  
 ricus con  
 trahit  
 es alie  
 num i  
 bello.

Fridericus noctu clam ex terris nostris abscedere: corpore imbecillis: animoq; tabescēs. Poterat ipse dulcissima vita frui: poterat & in opulēto et amoenissimo ep̄atu: gloriozum atq; iocundū statum traducere: si iuxta nomen suū: pacis amator: si dei cultor: si ecclesie sue fidelis pastor: si humilis et deuot. is domine nostre: patronoq; sue: capellanus fuisset. Sed sui mores: ipm̄ pene oibus exosum reddiderunt: ipsi etiā agricolis. Imperitū enim et ignobile vulgus: nō diu sustinet pressuras. Immo agricolę: pulmonis ipsi cognomē inliderūt: aiūt etenī illū: p̄ dei pulmonē iurare solitū fuisse: et ideo cū hodie sui habēt mētionē: ep̄us dicitū pulmo: hęc et illa perpetravit. Quā elegans dictionū aut cognomē: vsq; in hodiernū diē post se reliquit? Turpe est christiāo cui libet: dñi dei venerabile nomē blasphemare: aut icallū ploqui: longe turpi⁹ ep̄o et p̄cipi sp̄uali. Imprudēter mihi fecisse videt Frideric⁹: q̄ militū et bellifę quare auxilio fret⁹: urbē tā potentē: ab Aenea Silvio: in desitū et morib⁹ germanorū: tātope laudatā: vel expugnare: v̄l in suā plenā potestātē: trahere se posse sperabat. Urbem inq; a qua summę dignitatis titulū habebat: i qua summū tēplū: in qua chryisma cōsecrādū: in qua sedes p̄tōficia: in qua priat⁹ clerī: in qua oculi ei⁹ archidiaconi: in qua tribunal. Nec aliū quicq; p̄tōfex: solo equorū et equitū fastu: se in honore et dignitate: iuribusq; suis: defendi posse cōfidat. Quid enī efficiēt ducētī: imo mille eq̄tes in dioecēsi: q̄ qua dragita: quīdragita: aut cētū q̄ncq; hoim̄ millia inhabitāt: si oēs (quod absit) factiōe cōtra ipm̄ inita: a iusta subiectione: et obediētia: deficere conarētur. Quod si Fridericus: aut ali⁹ quicq; p̄sulū: nō equorū fragore: sed ornatis moribus: studijs spiritalib⁹: op̄ib⁹ bonis: et exercicijs ad ep̄um p̄tinētib⁹: magis quā in Marte delectat⁹ fuisset: a subditis

Co. no  
minat  
pulmo  
ab agri  
collis.

Excoly  
lenta  
vrbū i  
quibus  
ecclie  
sunt ca  
thedra  
les.

Non so  
lis ar  
tis cō  
seruan  
ep̄ico  
patris.

## FRIDERICVS .II.

Zelus  
epi nō  
regitige  
tis.

tanq̄ a filijs vt fidus pater diligeretur. Adde si religio in  
deum : si comitas in subditos; si liberalitas in pauperes; in  
xenodochia : in profecus : si iusticia absq̄ concussione : si  
publicorum criminum : & scandalorum : censura floret  
Si vt ad tribunal & sigillum : ita et ad onium rationalium  
pascua et pastores : vigilanter animaduertetur ( oportet  
enim hoc facere : et illud non obmittere ) si apud primā  
ædem sacram : minus non tantq̄ pontificium impleri  
populus cerneret; tum etsi forte per pauci ex factiosis; cōtra  
iustam auctoritatem insurgere molirentur : reliqua tamen  
& maior hominum pars : christianæ fidei tenax : et iustis  
ciam amans : victa magis virtutum exemplo : quam fas  
tellitum fastu; reuerentiam honestati præstitura : absq̄ ar  
morum motu sumptuoso : sponte niteretur cæterorū fos  
pire contumaciam : & ad officium virgere pertinaces. Itaq̄  
si ad officia ( quæ necq̄ summus pontifex; nec archiepisco  
pi facere erubescunt ) exēplaris accederet honestas : hostijs  
deo magis acceptis; victoriam sperare & populos subdere  
liceret. Fridericus etiam basileensis ecclesiæ administratis  
onem gessit : exercitum in Sueniam mouit : Hechingam  
oppidum sub arce Hohenzorn situm expugnauit. Pro  
quo cōmutationis via : a comitibus wirttembergensibus  
oppidum sancti Hyppoliti : in Alsacia suæ diocæsis : con  
secutus est. Fridericus nihilominus ab episcopatu argen  
tinensi eiectus : opulentū ipsam reliquit; qui ppe cui adhuc  
quotannis : quadraginta aureorum millia : in emolumen  
tis inferebantur. Posteaq̄ in Traiectum descendisset; post  
aliquot tempora : anno Christi millesimo quadringente  
simo quadragesimo : Argentinam peregrinus venisse; &  
nonnullis sibi cognitis : sese manifestasse perhibetur.

Reddi  
tus epi  
sub Fri  
derico.

Sedit Argentinæ annis quindecim: quos vno solo dēpto  
in bellis contra Argentinenses contriuit .

**B**urckardus De Lützel, LX

stein Secundus. Hic præpositus fuit argentinensis: eam: q̄ XIII  
præposituram: domino Crispiniano de Ochsenstein: re  
signauit: qui deinceps eandem cessit Roberto fratri Fri  
derici palatini: qui postea archiepiscopus coloniensis erat  
sit. Hic in episcopum electus: non potuit præualere: con  
tra promissionē ab ap. sede factam: ideoq̄ cedere coactus  
fuit: retento sibi muneris dati: hoc est Rubiaci & terrarū  
attinentium: dominatu. Cumq̄ profapia sua defecisset:  
ipse relicto: & posthabito statu spiritali: dispensatione  
summi pontificis impetrata: vxorem duxit: ex qua duos  
suscepit filios: Iacobum & Guilhelmum: qui postea ab  
arce & oppido paterno expulsi sunt: per Fridericum com  
item rheni palatinum: & vita in exilio functi: absq̄ li  
beris: obtinuitq̄ palatinum arcem: quam obsidione cin  
xit: & potēter expugnauit: anno Christi millesimo qua  
dringentesimo quinquagesimo secundo: in Nouembri.  
Atq̄ ita familia Lützelsteina: prorsus extincta est. Sicut  
& multæ in Alsacia: finitimisq̄ locis: profapiae defecerūt:  
ex quibus olim multi processerant prælati: & canonici  
ecclesiæ argentinensis. At in rebus mundi huius (qui &  
ipse tandem peribit) nihil stabile: nihil perpetuum. Cre  
dibile est multos comites: olim filios suos tradidisse: vel  
monastico vel ecclesiastico statui: ne paternæ hereditatis  
coheredes essent: & filij reliq̄ti seculares exaltarentur: &  
familie propagarentur. Quod si genitores: deo vniuer  
L

Familia  
Lützel  
steina  
defecta

Quare  
nonnū  
quæ  
magne  
familie  
defece  
runt

fali protisorit: confisi essent: et filios suos frugaliter vitare instituissent: hodie forsitan ipsorum progenies subsisterent: nec essent prorsus extinctæ.

Sedit annis duobus

LX  
XV

**G**uilhelmus Secundus de Diebth: ex ep̄atu traiectensi: auctoritate papali: transfertur ad argentinensem: ubi in ep̄am assumptus est: anno Christi millesimo trecentesimo nonagesimo quarto: die lune decimaquarta mensis decēbris. Qui (vt predecessoris sui vestigia imitaretur) pluribus annis cum argentinensibus bella gessit: minus tamen prospere: quamvis enim dimidiam partē terrę trāschenanę: Offenburgi: Gengenbach &c ( quā ep̄atus argentinēsis: pro magno ære: vt in Bertoldo secundo diximus: a romano imperio virtutibus eiusdem Bertoldi de Bichec? impignoratam possedit ) Roberto regi libere reddidisset: Zaberniamq; duci Lothoringię tradere voluerit: vt alieno saltem subsidio: foeliciter cōtra ciuitatē triūpharet. Tñ cōiuentibus dño Higelmanno de Vinstingen decano: & Friderico de Hohenzorn camerario ( q̄ Guilhelmo inuidebant ) a ciuibus argentinensibus in Mollishcim captus: Argentina m̄q; deductus est. Et cum dissensio inter ipsum et ciues ab archiepiscopo maguntino: et marchione badensi ( qui presentes Argentinę fuerant ) sopiri nequaquē posset: prefati duo canonici: et quidam de magistratu: ad conciliū constantiense: proprijs in personis: citati sunt: illucq; Guilhelmus perductus est: et cautione ab ipso: et a ciuibus recepta: causa ventilari cœpit: mutuisq; articulis: longo tēpore ( vt fieri solet ) in libellum cōscriptis: ep̄us tandem libertas restitutus est. Ciuitas vero ob iniectas in presulē manus:

Guilhelmus  
capitur

cēsuras appoſtolicas et hānū iperialē: reſreſſaliaſq; ſerre nō  
 lēs et nequīs: ſed abſolutiōis egēs et expetēs: tū ipſi ſacro  
 ſancto cōcilio: tū Sigifmūdo chriſtianiffimū o rōancē regi  
 qd iperij principē cōpiſſet: grādē atre cō: non m m ſum  
 mā preſtare cogebātur. Denū Guilhelm⁹ Zaberniā recēſit  
 illi cō: manſit ciuitati infeſtus: et canonicis exoſus: nec eſt i:  
 neq; ſacerdotis officiū exercēs: neq; magnus cleri ſui anas  
 tor neq; deſenſor: ſed durus annarū collectarū exactor: ter  
 ras epatus alieno rere admodū grauaui: ſed officiales: et  
 pfecti ſui ( vt nōnūquā fieri ſolet ) nō parū ditabāt. Cōtra  
 mores eius et ſui añceſſoris Friderici: imo iuxta tenorē lit  
 terarū fraternitatis: cōtra imēſam auariciā et cupiditatē: cō  
 traq; peruerſum atq; execrabilem ep̄c̄rū illorū ſtatū: laica  
 lem et regulari diſciplinē cōtraui: decanus et capitulū ma  
 iōnis eccleſie: inter ſe et p̄latos aliōs: et abbates: beneficia  
 toſq; in diocēſi: ſanctiſſimā vnionē et fraternitatē: aucto  
 ritate appoſtolica approbatā: atq; munitā: in omniq; ius  
 roſundatā: p̄uidēter inchoarūt. Quā oēs canonici ſec̄e pre  
 ſertim vacante: iurant: et q̄libet ep̄us ex eis electus: denuo  
 iurat: ſe ſeruaturū. Quippe ne ep̄us ipſe: vllā in ſuos cleri  
 cos thyrānidē exerceat: neq; exactiōes ab eis indebitas ex  
 torqueat: nec p̄iſtos beneficiorū fructus: abſq; capituli  
 ſui cōſenſu: a ſede appoſtolica obtineat. Juratq; ep̄us diſtri  
 cte ſeruare ſe velle ſtatuta ſinodalīa antiqua: et p̄nūcialia:  
 et ſe mādaturū: vt ab alijs obſeruētur ſibi ſubiectis. Ferūt  
 huic Guilhelmo: Fridericū de Blāc' cheim p̄ximū p̄cede  
 cſſorē ( quē ab argentīnēſi: ad traiectēſem eccleſiā tranſla  
 tum diximus ) inter alia: hęc verba ſcripſiſſe: quod ſibi  
 cauere: a potentia vr̄bis argētinenſis: ab infidelitate vaſal  
 lorū et a capituli ſui vel imperitia vel ſimplicitate .

## CONRADVS, III.

Sedit annis quadraginta quattuor  
 Moritur **G**uilhelmus anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono : pridie nonas Octobris.  
 Sepultus in Mollisheim: in hospitali : cum hoc epigrammate . Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono : pridie nonas Octobris : obiit reuerendus pater dominus **G**uilhelmus de Dieffen : epus argentinensis .

**LX**  
**XVI** **C**onradus De Busnang  
 Suetus, Guilhelmo mortuo: electus fuit a maiore capituli parte: **C**onradus de Busnang: portarius & cellerarius: qui dum ad summum altare duceretur: in eoq; poneretur: & chorus canticum Ambrosij & Augustini psalleret: Barones & cæteri Alsaciæ magnates (quibus electus displicuit: q; alienigena & suetus esset) intrantes locum electionis: cum residua & minore capituli parte: super elegerunt dominum Ioannem de Ochsenstein præpositum: surdastrom & similiter in altare locauerunt: sperantes ipsum vi intrudere posse. **C**onradus autem vir prudens: ac magnæ industriæ: in ecclesiâq; beneficus: videns se quibusdâ canonicis: ipsi etiâ ciuitati argentinensi displicere: velut amator pacis: & misertus ecclesiæ: ne ex scismate dâna pateretur: clam capitulo: & ciuibus: omne ius suum cessit **R**oberto filio Steffani Bauriæ ducis: filij **R**oberti romæ regis: auctoritate **F**œlicis papæ: in basilicensi synodo electi: interueniente: Reseruauit autē **C**onradus sibi dominium oppidi Rubiacensis: & pagorū adiacentium: qui ad munus datum (vulgo die olermondar) pertinent: sitorū in episcopatu basilicensi: quibus bene præfuit: & paz

cifice rexit: vsq; ad finē vitę suę.

Obijt quarto Idus Martij: anno christi millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

Sepultus argentinię in capella S. Iohannis baptiste.

Circa hęc tpa sub cōcilio Basileensi anno millesimo, cccc. quadragesimo quarto: Ludovicus primogenit<sup>9</sup> Caroli: se primū regis Galloꝝ. Dalphinus cū patre discors: magna gēte secū sumpta: intratit Alsatiā: eamq; miserabiliter vastatit: oppida & pagos igni succendit: multis sese dedētibus fidē: suo ne dicā patrio more egre seruatit: nec etati: nec sexu: nec aris: neq; templis pepercit. **Cenūtur** hodie passim vestigia tantę calamitatis: pars sui exercitus in reditu ad Galliam: nihil sibi metuens: a ciuibus Sletstatensibus et alijs: q; ex finitimis pagis illuc cōfugerant: subtili astu: per arbores humi deiectas intercepta: deuicta: occisa & spoliata est.

Armet  
niaci  
alfaciā  
vastat

Sectiō

LX  
XV

**R**obertus dux Bavarie. **Ro**  
bertus inita prius magna obligatiōe in Hageno-  
ria: Vrbi argentinenfi facta: Argentinā cū octingē-  
tis equitibus: Inter quos comites & barones fuerūt: sex & vi-  
ginti: dēptis patre & fratribus: magnifice ingressus est: An-  
no domini millesimo quadringentesimo quadragesimo no-  
no. Et quia adhuc iuuenis: & quē nemo reprehēdere aude-  
ret: neq; velle: incepit esse amator deliciarū: sertrans magis:  
modū vitūdi principis seularis: quā ecclesiastici: publicas  
eū nuptias filio celebravit: magna cleri & laicoꝝ catera  
ad illas inuitata. Noctu quadā mulierculā maritatā acce-  
surus cecidit: & tibiā dexterā fregit. Concubinas magnifi-  
ce dotauit: quarū vnā Henricus Martini de Brethen duxit  
vxorē: grossos argentinenfes mīx in modū dilexit: Alchimia  
magnū es profudit: illectus a quodā abbate aposta:

L iij

## ROBERTVS

ta. Dicebatur: quod a predonibus partē spoliōrū: vulgari nostro bütpfennig: accepisset: Miltas non legit: sed inlar laici: in cena domini cōmunicauit: horas canonicas & oratiōes quasdam peculiāres: quōtrodie legit: Campanarū pulsū: in memoriā dominice passionis: hora meridiei Veneris die dumtaxat: antea fieri solitū: vt ammodo quotidie fieret: concessa peccatorum venia: iuxta synodi moguntine decretū: instituit. Cum vt episcopus incedere vellet: veste talari: alioquin breui tunica: et gladio quā doq; super accincto: vt eques vtebatur. In primis autem frugalitatem seruabat: Nam propter præterita bella: non solum nō thesaurum: sed neq; vasa aurea vel argentea reperit. Verum duodecim ei crathes argenteos: pater suus dux Stephanus: dono dedit: sed neq; stannee lances super erant: aulici enim (Immo nobiles) ex ligneis scutellis manus ducabant. Paulo post argentea vasa fabricari curauit: ex dono: a Sigismundo austrie duce: sibi impenso. Nam illū Robertus: negotiorū causā: in Oniponte: vulgo Insbruck: visitauerat: Tum Sigismundus (vt sunt liberalissimi austriæ duces) quattuor ei massas rotundas (quas tortulas vocant) quadringentorū pretio florenorū: dono dedit. Tante fuit etiā frugalitatis Robertus: vt nec farfitio: neq; tunica serica indueretur. Tante moderationis fuit: vt senex iam in episcopatu: locum cantoris: festo purificationis domine nostre: in summo templo suppleret: ne res diuina negligeretur. Lex enim est Argentinensis cleri: vt absente cantore: solennia magnarū quarundā festiuitatū cantica non fiant: et quia pestis tempore: omnes canonici secesserant: rogatus aduenit: et in sede cantoris: diuini cultus amore: stetit.

In primis eius annis: ludonictis Cardinalis arelatensis: a cōcilio Basiliensi: ad germaniā inferiorem missus: cū lega

Sigismundus  
austrie  
dux lib  
eralissimus

tionis munere functus. Basiliã redire vellet : quarto supra <sup>Zudor</sup> Argentinã milliario : a Iohanne comite de Eberstein : et <sup>uicus</sup> baronibus de Luczelsein : eorũq; cõplicitibus : violenter <sup>arlatẽ</sup> intraditur : obruitur : et equis : mulisq; onerarijs : spoliat <sup>sic spo</sup> Cardinalis aut̃ vix evasit : ad oppidũ Benselt festinãs : quẽ <sup>liatus</sup> audito ciuitatis nomine : respondisse mox ferunt. Bene <sup>Bensl</sup> valet pro nobis. Ante oppidũ ipsũ : partũ facellũ : in pub <sup>lita</sup> lica strata : extructũ est : In quo Imago et insignia Cardis <sup>alis</sup> nalis : multo tempe depicta fuere : suspectus fuit Robertus : se hoc facinus dissimulasse : quotquot vero huius latrocinij : sacrilegijq; conscij : participesq; fuere : vel in corpe vel in fama : vel in substãtia : apertissime dampnũ sũt perpeffi : Cardinalis ad Slesstat conductus : cuidã Iohãni de lapide : qui tres lingũas probe noterat : inter cetera dixit : Si nobiles illi : qui nos spoliarũt : scirent in quibus negotijs legationem susceperimus : & q̃tũ pro gloria et laude : et in creneto germanice nationis : laboremus : nõ solũ nos nõ spoliassent : sed corpore & rebus : nobis adiumento fuissent : suppeticq; & cõmeatus : ac ministrassent. ¶

Sub hoc Roberto nobilis ars in p̃ffloria : inuẽta fuit : a quodam argẽtinenti : licet incõplete : sed cũ is Mag̃nitiã descenderet : ad alios quosdã : in hac arte inuestiganda : similiter laborantes : ductũ cuiusdã Ioannis gensz fleisch : ex senio cecidit in domo boni mōtis gutenbergi : in qua hodie collegiũ : est intristat : ea ars cõpleta & cõsummata fuit : in laudem Germanorum sempiternam. ¶

Sub hoc Roberto : ano cristi millesimo q̃dringẽtesimo : septuagesimo octavo : officiũ predicatõis : in summo tẽplo : ceptũ fuit : accedẽte cõsẽtu suo : q; vicaria : capellani ep̃i cuius vt ep̃s collator erat : auctoritate apostolica incorporaretur officio <sup>Et sic</sup> predicatoris : Ad quã rem obrinẽdã : multos & magnos la <sup>um pre</sup> <sup>dicaõ</sup> <sup>is in ec</sup> <sup>clesia</sup> <sup>argen</sup> <sup>tinenti</sup> <sup>institu</sup> <sup>itur.</sup>

## ROBERTVS

**Petr<sup>9</sup>**  
**Schott<sup>9</sup>**  
**senator:** hores fecit: & auxiliū impēfascq; nō mediocres prestetit: Petrus Schottus senator: & prouisor fabricę: operamq; dedit: vt magister Ioannes geyle de Keyfersbergo: sacre pagine professor: ad illud assumendū primus vocaretur: qui vsq; hodie huic officio: cōstāter: feruenter: absq; assentatiōe: cū bono vitę testimonio preest. Et annos preuit triginta.

**Joan**  
**nes cri**  
**ger**  
**veraf,** Fuit etiā sub hoc Roberto plebanus qdā Argentineñ. Ioannes criutzer: Theologie professor: vita & doctrina probatissimus: qui propter iura parochię: & quia manifestissima vicia: cōstantissime reprehendebat: a quibusdam priuilegiatis: & a nōnullis ciuibus ( qui fratribus illis adheferāt) magnas iniurias ppeffus est: sed deus psecutores suos: manifeste & ad oculū puniuit. Vn<sup>9</sup> in Rheno suffocatus est: alter in patibulo suspensus: quidā in lupanari repente occubuit: quartus furti reus: diu in carcere latuit: alius in hospitali enutrit<sup>9</sup>.

**Quin<sup>9</sup>**  
**es mo**  
**naste**  
**ria dē**  
**nitur** T<sup>9</sup>ribus huius Roberti: āno Christi millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto. In fine anni: Cites Argentineñses: quinq; p̄clara monasteria: extra vrbis menia sita: propter metū Caroli Burgūdionū ducis: fundit<sup>9</sup> demoliti sunt. Cameltarę. s. scilicet S. Marci. S. Agnetis: scī Iōnis in vndis: & poenitentū. Quarū quidē poenitentū monasteriū: intra muros: in vicū Vtengallē: translātū est: & eiusdē nouę ecclesię: primariū lapidē: in fundamento posuit dñs Paulus Mūthart: doctissimus legū professor: ecclesięq; S. Petri iunioris preposit<sup>9</sup>. Presentibus magistris Eggelingo de Bramuica: & Ioanne Keyfersbergio Theologis profundissimis: āno septuagesimo octato: die Iāuarj vicesima Sedit Robertus annis

**Paul<sup>9</sup>**  
**muntb**  
**art Eg**  
**geliguf**  
**theolo**  
**gus**  
**Jo: nes**  
**Keyfers**  
**perjuss** Obijt anno Christi millesimo quadringentesimo. lxxviij. Sepultus Zabernie cū hoc epitaphio. Hic (in die S. Luce. iacet. R. in xpō pater & d. d. Robert<sup>9</sup> illustri dux Baurarie.

ac comes palatinus rhēni : insignis ecclesiæ argentinensis  
episcopus: Alsatia:q; Lantgrauis : qui anno domini mil-  
lesimo quadringentesimo septuagesimo octauo: die deci-  
masextima Octobris : christianissime obiit in domino :  
pontificatus sui anno tricesimo octauo.

Flouerunt a multis annis: in hoc ep̄atu: multa diuersorū De mo-  
naste-  
rijs et  
abbat-  
ijs or-  
dinis  
sancti  
benedi-  
cti.  
ordinum monasteria: a principibus: ep̄is: et cæteris magna  
tibus : fundata. Vt de reliquis ordinibus racemus: solius  
ordinis sancti Benedicti: fuisse abbatia: vndecim: præposi-  
tura: dicit: vna S. Fidis : in Slesstat : altera leboracensis : a  
Carolo magno fundata. Et ep̄atus tamen: supra quattuor  
decim in longitudine: ac septem in latitudine: miliaria nō  
habet. Ex quibus sancti Benedicti cenobijs: quedam circa  
hanc ætatem : in collegia secularia trāslata sunt : que-  
dam hodie ruinam patiuntur: quedam minantur. In paucis ad-  
huc inuolata et integra Benedicti religio floret. Nescio ep̄i-  
scopoz an abbatum secordia: an eoz dissimulatione: qui-  
bus etiam non egentibus : sacerdotia conferuntur : aut re-  
nia mittuntur: tam pia loca: ad dei gloriam: a pijs fundato-  
ribus olim erecta: palam omnibus intereant. Et si quedam  
adhuc diuitijs temporalibus abundant : paucos tamen in  
eis intēnes : qui pro tantis beneficijs atq; emolumentis :  
deo grati sint: qui pro vniuersali ecclesia : deum exorent : q;  
diuinas laudes persoluant: qui mortuoz animabus succur-  
rant: vt pio illorū voto satisfiat : qui tantas quōdam opes  
quas animabus suis profuturas sperauerant: elargiti sunt.  
Horrendum est: q; tanti proventus a christianissimis prin-  
cipibus: olim ad dei gloriā: suarumq; aniaz salutē: libera-  
lissime profusi ( quibus quadraginta aut plures : optimo  
deo seruientes : sustentari possent ) sintitur a quattuor  
aut quinq; per ignauiam & incuriam absorberi : fallun-

## ROBERTVS

Pro  
episcopis  
piscis con  
tra ini  
litas

tur nostrę etatis militares: et ordīs equitris viri: existimā  
tes cenobia esse filiorū suorū xenodochia: tanq̄ sui maiorū  
res illa fundarint. Ecclesię enī et monasteria: ab imperator  
ribus: a regibus: a ducibus: ab ep̄is: et a ceteris preclariss  
mis viris: olim erecta atq; fundata sunt. Non pro venato  
ribus: nō pro lasciuis: nō p̄ ociosis: alex: venerit: et gulę de  
ditis: sed pro his: qui dies et noctes: sedulo et enixe: cōdito  
ri redēptorūq; nostro: pro nobis crucifixo (apud quē non  
est personarū acceptio) famularentur: ac debitū obsequiū  
prestarent. Nec tamen inficior: procerū filios: litteris et vir  
tutibus deditos: et ad deo seruandū idoneos: ceteris posse  
p̄ferri. Taceo de collegijs: pro femineo sexu (quē Grego  
rius magnus deuotū appellauit) institutis. Vtinā sexus  
ille: deo dicatus: qui de Christi patrimonio: delicate pasci  
tur: seipsum nō aliquādo de stupro et adulterio: prolisq;  
partu: suspectū redderet atq; infamem. Vtinā nō herbis:  
nō quarundā incisione venire: nō luridis potiōib;: nō lo  
tionibus pedū exquisitis: vel abortum procuraret: vel fetū  
prefocaret. Scandala multa et horrenda flagicia: e medio  
toilerentur: si ep̄i officio suo pastorali satisfacerēt: qui me  
rito terreni possent: si crederent sanguinē et vicia: quę sua  
negligenti dissimulatione propagāt: de manibus suis tā  
dem requiri: seq; de subditorū vita: corā sup̄mo tribunali  
rationem: iustissimo deo reddituros. Neq; enī frustra inter  
duodecim seculi abusiōes: episcopus negligens: decimo gra  
du est collocatus.

Aduer  
tant  
Chri  
sti sp̄s  
se et p̄  
centu  
filie

LX  
XV  
III

**A**lbertus prepositus: otto  
nis Bavarie ducis filius: patruchisq; Roberti predicti: eligit  
anno dñi millesimo quadringentesimo septuagesimo octa  
uo. Mox impetrauit a Sixto quarto: primos omnium bñfici

ortum fructus: quos nonnulli ad bñficia intrantes cōquerebā  
 tur latis exacta: ab ipsis per collectores extorqueri. Primus  
 illorū exactor a dño deo: lepra percussus est. Impetravit etiā  
 Albertus priuilegiū eius butiri in quadragesima: per dies  
 c. sim: mandans suis: vt eo priuilegio: pro taxa per diuersas  
 sūmas: iuxta cuiuslibet facultatē imposita: yterent. Sicq; nō  
 parua cōtributio: a clero & populo collecta est: in finem: vt  
 terre: & p̄uentus ep̄iscopij: diuersis impignorati: redimerē  
 tur. Procurauitq; Albertus: fieri tormenta bellica: quas bō  
 bardas vocāt. Dicebat tū more suo vulgus: de pecunia: ex  
 licentia butiri māducādī corrasa: bōbardas illas esse fusas:  
 vocās eas bōbardas butiri: lingua sua anc̄enbüchsen. Per  
 nituerat eū statū assūpti ep̄atus: affirmās se minimi digiti:  
 manus sinistrē amputatiōem pati velle: p̄ eo q̄ prepositus  
 māsisset: nō assūpto ep̄atu. Idē Albertus introduxit fr̄es S.  
 Francisci reformatos: & christiane frugalitati magis affines  
 ad cenobiū in Zabernia: in quo prius habitauerāt mona  
 chi de Steya vocati q̄ pauloān trāslati fuerūt in clericos sa  
 culares: ad ecclesiā collegiatā: ab Alberto quoq; erectā. Mā  
 suctus fuit Albertus: pacificus: & hūilis. Nā cū in quibusdā  
 inter ip̄m & urbē argentinē. differentijs: res in palacio ci  
 uiū: sub arbitris agerētur: ip̄e hūiliter & modeste: ex ep̄ali  
 curia: p̄ plateas p̄torij pedes ascendit: et Raymundū gallū:  
 sedis apo. legatū: belli neruū in Thurcas denuo in Germa  
 nia: laxatis scelerū poenis: colligentē: genu flexo: palā in cās  
 pis extra urbis menia: honorifice excepit. Oppidū Sulz cū  
 nonnullis pagis: vi hostiū abstractis: sua modestia: c̄q; cōdis  
 tiōibus: cum bona pace: ecclie sue: a munificētissimo rege  
 Maximiliano: restitūtū iri: impetravit. Vallē Prusce: in qua  
 collegiū est S. Florētij (q̄bb calculū & herniā visitatur) su  
 pra centū & triginta ānos ali gēatā reduxit. p̄positurā s. Fidis  
 i Sletstat a Friderico Sueniū duce sudatā: mēse ep̄ali icor  
 porari obtinuit;

Primus  
 fructus  
 imper  
 trancur  
 Esus  
 butiri:  
 concedi  
 tur.  
 Dño  
 res res  
 formati  
 recipi  
 unur  
 zabern  
 niē.

Dani  
 milia  
 num.

## ALBERTVS

Arcem Dachstein munitiorem magnisque splendidā expensis: supra septem millia florenorum effecit. Ecclesiam collegiatam zaberniensem: magna ex parte ampliamit: eicūq; capellam ( in qua sepulturam mīro extruxerat opere ) adiunxit. Altaris tabula admodum preciosa: ornavit: quotidianā perpetuamq; missam in ea fundavit: et anniuersariam sui memoriam: octoginta presbiteris perendam: assignatis honestis redditibus instituit. Insulā preciosam baculūq; pastorale ( quibus predecessores sui annos supra centū carere ) ex integro fieri procurauit. Domum episcopi zaberniensem varijs edificijs ornavit: officinas opificum quosdam: in alia loca transtulit: quosdam cū equorū carcere demolitis: a fundo reedificare cepit. Arcem ysenburgū ( quam Dagobertus olim pre ceteris sibi mansionis locū elegerat ) apud Rubiacum reparauit: discordias inter ecclesiam argentinensem & militares de Hatstat: communitatiōe quadā diremit: in coena domini: amicos suos per se cōmunicauit: in summis festiuitatibus: & in quadragesima: in Zabernia ( utinam in maiori templo ) missas legit: atq; in festis beatę Marię uirginis: in cuius uigilijs aut profestis in pane & aqua ieiunauit: ecclesię ieiunia districte obseruauit. Horas canonicas cū cursu domine nostre cōgruis horis quotidie dixit: nec unquā ( quibuscumq; negocijs occuparetur ) in crastinum diem distulit: in senectute sua ( ut est cōditio senū ) pecuniarū auidus esse cepit: quamuis etiā filios ex humana fragilitate uiderit atq; nepotes. Detestabatur tamen uehemēter: si quis propriam & publicam domū: ueluti uxorem: foueret concubinam. Iudeos ab episcopatu expulit: sed ab eis persuasus: qui rem priuatam rei publicę preferunt: illos reassumpsit. Synodum cleri semel

celebravit: Diocesim suam visitare incepit: sed quorū d̄  
resistentia fatigatus: statim desistit: Ecclesiam S. Martini ar  
gentinē: ex adulterio violatā recō cliauit: In lecto egritudi  
nis sacramentū Eucharistię bis cū devotione: magnaq; gras  
tiar: actiōe sūpsit: sacro sanctoq; oleo inūctus ē. De hoc ma  
gnam sibi cōscientiā fecit: q; in electione: sua canonicū neq;  
confessi: neq; Eucharistię sacramento cōmuniati fuisse r.

Sedit Albertus annis viginti septē: mensibus nouem: die  
bus quinq;.

Obijt anno millesimo quingentesimo sexto: vicesima die  
mensis Augusti: quę fuit Iouis: post festum Assumptiōnis  
beate Marię virginis: infra tertiam & quartam horas.

Sepultus in Zabernia,

Huius Alberti temporibus: anno Christi millesimo q̄stas factio  
dringētesimo nonagesimo tertio. Liga quedā & factio rus  
sticana; conflata fuit: quā: den buntschu; ap pellabant: prin  
cipales fuerunt: Ioannes v̄lman Magister ciuū in Schlez  
stat. Hansers Iacob de Blienswiler: & Nicolaus ziegler de  
Stotzheim: hi tres: vccatis alijs passim agricolis: qui decex  
rant: ad montē vngaricū: conspirauerūt cōtra processus cur  
riarū Argentinensiu: cōtra cōsistoriū Rotū ilensē & cōtra  
iusticiā quā indilatā vocant: Fecerunt etiā mētione de plu  
ralibus in beneficijs: existimantes indignū: quod vnus cū  
horrenda diuini cultus iactura: tantū absorberet: quantū in  
quattor aut quinq; honestos & honos christi ministros di  
stribui posset: & licet plebei barbariq; forent: visum tamen  
est eis: vt arbitror: iniquū esse: quod fabri lignarij aut ferra  
rij: aut obscuro cuiusuis opificis filius: indectus. Nec de ecc  
lesia Romana bene meritis. De christi patrimonio: statū  
& magnificentiā filij principis aut cōmitis equare nō eris

## ALBETVS. I.

bescit: Proditū tamen sunt factioſi illi & Ioannes vlmān Baſileg. Nicolaus ziegler in Schleſſtat: in quattuor partes ſecti ſunt: multis digiti amputati: nōnullis qui fuga ſibi conſuluerūt: amicorū interceſſione: Albertus clementiā impēdit: in corpore nō caſtigans: bonis tamen eorum conſiſcatis.

Peruer  
 ſiſſim⁹  
 ritus p  
 beyſers  
 ber in  
 aboleſ.

Inter nōnullas nō ſatis probatas cōſuetudines: apud argentoracū quonſā obſeruatas: Ioannes Feiſerbergius ſuis cōtionibus deo propicio aliquas in primis huius Alberti annis eradicauit. Ille preſertim turpis ad modū ritus: per eū extirpatus eſt: quo in annua ſummī templi dedicatione: ex tota ferme dioceſi: in ſacrā & ſummā edem: tanq̄ in diuers foriū cōtinerat: vtriuſq̄ ſexus tam in gens caterua: vt tēplū tota nocte in populo ſcateret: & quānis huiuſcemodi conuentus a primario eccleſie ritus: quo vigilabant & dormientes excitabantur: ortus ſit: hęc Argentinenſis cōgregatio: potius orgia bacchi. Veneriſq̄ ſacrata: tharthareas Plutonis faceſ: quā chriſti ceremonias: aut pias chriſtianorū vigiliis preſeſcere videbatur: Vas etenim in diue Catharinę ſacello reponi ſolebat: vnde vinū aduenis depromebatur: & ſi quiſquam dormire cōperata: pximo quouis: acicula vel alio acutiore ferro pungebatur: vt expurgiceretur. Mos ille diuini gratia: Ioāne Feiſerbergio redamāte: & Petro ſchoſto rei publice primario reſtore coop. rante: e medio foeliciter eſt ſublatus.

Paupe  
 rto. 18:  
 vltimo  
 ſuppli/  
 no plec  
 ten. 113  
 eucha/  
 niſta  
 negata  
 ſunt

Mos etiā alter impius a Ioanne Feiſerbergio extinctus eſt: quo in argentoraco captiui vltimo ſupplicio: p quibus cum p flagitijs plectendi. Eucharistię Sacramento nequaquē muniebantur: predicauerat cōtra id Feiſerbergius: Mendicantes autē: deſumpto Carmelita quodā doctiſſimo theologo Ioāne fritag de diſſeldorp q̄ Feiſerbergio aſtipulabat: ne ſenatū forſitan offenderet: cōſuetudinē itā tolerari poſſe

se contendebant: Ideoq; consiliū petitū a p̄claris vniuersi-  
tatis: a theologis & iurēcōsultis. On nes vnanimē i decree-  
to cōcernebāt. Captiuos vltimo supplicio p̄sciēdēs cen-  
fessos: & id expetētes: iuxta apertissimas iuris sanctiōes: et  
charistia communicari debere. Itaq; christiana fēserit ere-  
gij sententia p̄ualuit in hodiernum diem: Nēpe senato-  
res qui tum reipublice argentinenſi p̄fuerūt: itē prudētē  
nequaquā innixi: veritatē rationabiliter p̄suadētibus: aus-  
res benignas p̄bere solebant: sc̄q; ad iusticiā & honestatē  
flecti: vt generosū est animi cōditio sinebāt: Nō adeo vas-  
luit in eis affectus ad statuta vel cōsuetudines: nullo vero  
fundamēto suffultas: vt nō veritati potiusq; pristinis mori-  
bus sese cōformarent.

Sub hoc quoq; Alberto: Sūme: triūq; collegiatar; ecclia-  
rū scholasticis decemētib; litterasq; signātibus: carū ē Lit-  
dimagistri sermones in summo templo p̄ quadragesimā  
futuros cū suis discipulis visitabunt. Et vt ad id sint prom-  
ptiores: dñs Stephanus de Vtenheim, R. p. Christophori  
Basiliēn. ep̄i ex fratre nepos: ex hereditate paterna censum  
quinq; Florenorum: super pago Krutergerstheim cōpara-  
trit. Quorum quattuor singulis scholarum magistris: quin-  
tus vero aureus: foronibus p̄nitentibus distribuetur.

Temporibus etiam huius Alberti: anno quo Carolus  
octauus Gallor; rex: per Italiam exercitum ducēs. Neapo-  
lim expugnat: morbus quidā multis annis antea incogni-  
tus hoīes Italię: deinde Germanię: & vtrobiq; terrarum in-  
traſit: quē morbum Francię seu gallicum vocauerūt. Rode-  
bat hic morbus facies hūanas: & cetera corpis mēbra vsq;  
ad medullas et ossa: quib; etiā nares eradicabat: et cū aliq;  
vix tadē sanarēt: relicta tñ māsit in eis mēbroz; qdā cōtrac-  
tio: Exploratū fuit: hāc pestē plurimū eē cōtagioſā: p̄cipue

Unde  
magist  
ri audi  
ant ser-  
mones  
quorū e-  
stiales  
i summo  
templo

2029  
bus gal-  
licus in-  
replēt.

## GUILHELMVS III

a mulieribus immundis: ephebos & viros illam cōtraxisse  
 1 credebatur: Pertimescendū est: nō prius eam profusus cessas  
 turam: quā nos a blasphemijs: ab impudicis vestibibus: a cre  
 bra fornicatiōe: ne dicam adulterio: stupro: & quidē impu  
 berū raptū (omitto incestū) abstinēamus.

LX  
 XV  
 III

**G**uilhelmus tertius. **Et co**  
 mitibus Honstein Cōitatus prouincialis (quē Lantgratia  
 tum vocant) thuringiorū: Vicarius in spūalibus Iacobi lies  
 benstem Archiepiscopi Moguntini: postq̄ sedes diebus  
 viginti & mense vno vacasset: eligitur: die nona mēsis octo  
 bris: Anno domini millesimo quingentesimo sexto: Capi  
 tulares fuerūt: Philippus de lapide superiori p̄positus: Hoie  
 rus de Barbij decanus: wolfgangus de hewen cantor: Frī  
 dericus Bavarie dux camerarius: Henricus de hennenberg  
 scholasticus: iubileus: frater auię maternę electi: Nam Guil  
 helmus elect⁹: secūdū lineā maternā est: ex comitibus Flen  
 nenbergē. Inter canonicos capitulares fuerūt: quattuor Ba  
 varie duces: quorū vnus ep̄us Ratisponē. Robertus: Alter  
 admistrator Frisingē. Philipp⁹: Frideric⁹ camerari⁹ de quo  
 supra Ioānes canonic⁹: Ex marchionib⁹ Badeñ: tres. Vnus  
 ep̄us Traiectē Fridericus: Carolus & Rodulphus. Ex fra  
 tre Christofero nepotes sui: Ex comitibus de Rhynecē duo  
 fratres Thomas & Ioānes. Ex barōibus de Lympurg duo  
 quorū vnus ep̄us Bambergē: alter Hieronimus: Ex baro  
 nibus de hewen duo: quorū vnus ep̄us Curieñ. Henricus:  
 alter eius nepos wolffgāgus Cantor: de quo supra: Ex bar  
 ronibus de brandis: vnus Ioannes: Ex comitibus de Monte  
 forti vnus Henricus.

Qui  
 fuerint  
 in elec  
 tiōe ca  
 nonici.

Electus licet gr̄ate iuuenis: tamen facūdus apud itales in Ticinensi: apud germanos in Friburgensi gymnasijs: vtrāq; censuram audiuit: magistratū egregiē gessit: multarumq; res; experientiam consecutus est: quippe. qui multa vidit: multa audiuit: multisq; tractatibus: etiā imperij Roma in interfuit: apud Reuerendissimū dominū Bertholdū hennenbergium: archiep̄m Moguntinū: cuius pronepos est: ex sorore: Guillelmus castina electionis sue die: ad gratiam & prestantē virū dixit: se malle vno sermo cōtentū esse: quā ppter collectas: cōcubinatū deri dissimulare aut tolerare. Verba hęc ep̄o qui innocentiam & integritatē pre se fert: digna.

Confirmatur Bononię quarta die octobris: a Iulio secto Zauda  
tur Iu  
lius pa  
pa. ij.  
do papa. magnifico templi diui Petri instauratore: qui & tum Bononienses a tyranno quodam liberauit:

Ordinatur in sacerdotem zabernię dominica Reminis  
scere eodem anno.

Mox dominica Letare: anno millesimo quingētesimo Guis  
belmus  
solenni  
ter con  
secrat.  
septimo. In choro summi templi. Consecratur: ab Ernesto saxonię duce: Primate Germaniē & archiep̄o Magdeburgeni. Coop̄atores consecrationis fuerūt: Henricus de hexē ep̄us Curien: Henricus schertlin suffraganeus Spirensis: Ioannes ortwin ordinis predicatorū suffraganeus Argētinensis. Cui consecrationi interfuit personaliter Maximilianus Romanorū rex: cū nonnullis alijs principibus. Consecratione perfecta vocauit Rex ad prandium Archiep̄iscopū Magdeburgeni. & Guillelmū qui ambo in Rochetis suis cū rege equitarunt ad Ioannitas: vbi rex tum hospitabatur.

Feria tertia sequēt: eRe. Maximilianus contulit regalia Ad reg  
galia i  
ustif.  
Guillelmo solenniter in Hagenoia: ad hoc ex sententiā regis: singulari gratia & benivolentia vocato.

**De cō-** Statim post festū pasche Guilielmus ascendit ad Con-  
**uentu** stantiam: ad conuentū principiū imperij: quem Rex indixit  
**princi-** rat: ad vicesimū tertium Aprilis diem: in quo multi princi-  
**pū con-** pes cōuenerant: & Guilielmus noster vnus fuit ex deputa-  
**stanti-** tis. Idem cōuentus dissolutus fuit die Iulij vicesima: quinq-  
**lis.** ta: quid pro laude dei: pro incremento reipublice christianę  
 ac pro decore germanice nationis illic deliberatū ac effectū  
 sit: posterī nostri visuri sunt.

**Argen-** Guilielmus quarta Octobris die: anni eiusdem Argē-  
**toraci** tinā intrauit: Cum sexcentis & quadraginta equis & equis  
**magni** tibus politissimis: quorū multi Cathaphracti erant seu cas-  
**fice in-** ligati: Inter quos fuit Philippus Marchio badensis: filius  
**trat** Christophori: comitesq; & barones decem & nouem.

**De p** A dero seculari & a Religiosis: a ciuitate Argentinenfi  
**pina.** & ab oppidis Imperij romani in Alsaria sitis: propina fa-  
 cta est ep̄o: in auro & argento: mille quadringentorum &  
 quatuor. cum dimidio florenorum: In vino Carathe sex:  
 In Avena quartalia centum viginti quinq;

**Comi-** Ioannes Keiserbergius Concionator: in sermonibus suis  
**tua sa-** persuaserat pridem dero & populo: ad contribuendā pecu-  
**crane;** niam: pueris siue scholasticis quattuor prestandam: qui sa-  
**ro au-** cerdotem summi templi: sacratissimā Eucharistiam: ad ins-  
**chari-** firmos cōmunicandos deferentē comitarentur: Duobus  
**stie a** prestantibus: duobus sequentibus: & cantica de venerabilis  
**schola** si sacramento cōcinentibus. Collecta est pecunia: & reddis-  
**stis** tur annui empti: pueris illis in perpetuū distribuendi: hęc  
**quor** eandem institutionē et comituram scholarium: sacerdot faciē-  
**faciēda** dam: Guilielmus probauit: confirmauit & in perpetuū su-  
**institui** peradditis in indulgentijs duraturam esse decreuit.

**In p̄-** In primo Guilhelmi pontificatus anno: Cōuentus mo-  
**mo** nasterij Gengenbacen. sabbatē suū Cōradū de mülheim  
**Actio**  
**aut d̄f**  
**gerlo**  
**genge;**  
**tracsi;**

sua vi cepit & in carcere n. vinculaq; coniecit: Lasciuia forsitan ex opulentiā orta est: Errant laici militares: qui contra ep̄os: contra sacram religionem: suis assistunt consanguineis: iam d. d. dicatis: & si nō palam: saltem tacite: & interpretatiue professis: Si suos nepotes: ipsorumq; immortales animas diligenter: profecto sinerent ep̄os illis intendere: illos regere: refrenare: & ad officiū iugumq; debitum reducere: Non interest procerū: se de illis: que ad religionē: que ad vota: que ad disciplinam monasticam spectant ingerere. Episcopoꝝ est illa circūspicere: ad officium suū squemlibet cogere: Ideo siquidē episcopi & super intendentes vocantur: Merito timent proceres: ne laxam suorū vitam defendendo: & suas & illorum animas in ignē precipitent sempiternum.

Sub hoc etiam Guilhelmo: moniales in Bybelis suā <sup>Bybelis.</sup> magistrā ab officio violenter eiecerunt. Sed opera Guilhelmi: magistra honori reddita: & moniales pro meritis sunt castigate

Sub hoc etiam Guilhelmo feria pasche secūda: Anni <sup>Seditio aut tumultus in sumo templo portus</sup> millesimi quingentesimi septimi: quidā faber ferrarius: Ioannes natione sūcicus: furore & odio in omnē clerum secularē: inflammatus: et agnato gladio mane summā intrauit ecclesiam: ac irrupit in beatę Marię virginis capellā: sacerdotes quosdam percussit: absq; tamen sanguinis offensione: Vehementia tamen doloris affecit: precipue dominū Ioannem militis: senem & honestū: quosdam vero diuina celebrantes: ab altaribus pepulit atq; fugauit. Vix tandē captus: in turrim a senatu duci iussus est: ac per decem menses vsq; in hodiernū detentus. Quia enim varius in verbis est & moribus: iam furiosus: iam demoniacus existimatur: Ideo senatus distulit sententiā hactenus contra ipsum pro-

### CVILHELMVS.III.

ferre Quicquid de illo: siue audaci ac temerario: siue despe-  
 rato furiosoq; homine facturū est: quicquid ab Antistite  
 nostro Guilhelmo ac senatu populocq; Argentinensi sub-  
 sequentibus fiet temporibus Thomas wolphius iunior ac  
 curate prosequetur. Is enim Chronicum librū ( vt ex eo ipso  
 audiamus ) de rebus gestisq; nostratibus: ab ipso prime-  
 uo argentinensium exordio. Iurante deo aggressus est  
 Cuius ceptis: vt Christus optimus maxim⁹ faueat: Ioannes  
 Feitersbergius probatissimus atq; idē facundissimus theo-  
 logus & ego plurimū optamus.

Postea vero anno Christi octauo supra millesimū quīn-  
 gentesimū: die iunij. xxiij. quæ fuit prædara corporis christi  
 festiuitas. Guilhelmus verū ep̄m & pastorem exhibere vo-  
 lens: summā missam in summo altari: summę ecclesię sue ca-  
 thedralis solenniter decantauit: ministrantibus ad arā Ho-  
 iero de Barbi decano: & Sigismūdo Comite de alta flam-  
 ma ( vulgo Hoenloe ) illo euangeliū. hoc epistolam legentibus.  
 Re diuina peracta: Guilhelmus eucharistiā tota sta-  
 tione circumferens: in reditu ad summā eadem singulis sena-  
 torū argentinensium capitibus: pro veteri more: pacē optans  
 imposuit. Aderat magna vtriusq; sex⁹ cætera: quę & detro-  
 tionem & stuporem præse ferre visa est: quā proximi quatuor  
 antecessores ep̄i: ab adulatoribus forsitan seducti: per  
 centū (& vltra) annorū curricula: nihil huiuscemodi ep̄atus  
 officij memorantur impleuisse. Confidimus itaq; Guilhel-  
 mū: multo maiora ep̄i munera: indies præteranter facturū  
 ad dei gloriā: ad animarū salutē: ad ecclesię sue dec⁹: ad sue  
 ipsius paternitatis laudem perpetuā: ad cleri maiorē venerationē:  
 ad mutuā ciuiū beniuolentiā: ad cōmunē patrię pacē  
 ad viciorū extermiiniū: & ad necessariā morū reformationē:

TELOS

Ad gloriam dei op. Max,

Ad Latidem Guilhelmi Honsteini Argentinensis episcopi: suorumq; antecessorum omnium: memoriam sempiternam.

Ad gratificandum insigni capitulo.

Ad decus urbis Argentinensis.

Ad mutuam utrimq; concordiam: facilius conseruandam  
Ad illustrandam patriam: totumq; episcopatum: quo ad res ecclesiasticas.

Ad solacium eorum: qui bonas litteras colunt: & antiquitates amant.

Romanæ ecclesie: Julio, II.

Romano imperio. Maximiliano primo presidentibus.

Gubernante iustissime Remp. Argentinensem Henrico Ingoldo.

Cathalogum hanc: rerum vetustate: verborumq; pondere nobilissimum.

Ioannes Grieninger: Ciuis Argentinensis: formis excussit

Anno natalium christianorum: millesimo supra quingentesimum: octauo. Die vero vndetrigesima Mensis Augusti.

Castigatoribus Ioanne Adelpho Mülingo Argentinē  
si. & Gerualdo Souphero brisgoico.

TELOS

# REGISTRVM

Antistitum Argentoracensium ordines alphabetico ; bre  
uifcule collectus,  
Index

Amandus fo.v.	Fridericus.ij.fo. lvi.	Otberrus fo.xx.
Arbogastus fo.vij.	Garoynus fo.x.	Otho fo.xxx.
Anfoaldus fo.ix.	Gundoaldus fo.xij.	Rotharius fo.xi.
Aldus fo.x.	Gando fo.xij.	Rodobaldus fo.xi.
Aulidulfus fo.xv.	Grymoldus fo.xvij.	Remigius fo.xv.
Adelochus fo.xvij.	Gotfridus fo.xx.	Recho fo.xvi.
Altuicus fo.xxvi	Guilhelm <sup>o</sup> .I.fo.xxvij	Radoldus.I. fo.xvij.
Albertus fo.lxiiij	Gebehardus fo.xxxij	Radoldus.ij.fo.x.x.
Bitulfus fo.ix.	Gralth <sup>o</sup> fo.xxxvij.	Regenhardus fo.xix.
Bernoldus fo.xvij.	Guilhelmus.ij. fo.lix.	Richuinus fo.xx.
Baldramus fo.xix.	Guilhelmus.ij.f.lxvi.	Ruthardus fo.xxi.
Baldus fo.xxv.	Heddo fo.xiiij.	Rudolphus fo.xxxiiij.
Baldetrinus fo. xxxi.	Hetzelo fo. xxvij	Robertus fo.lxi.
Bruno fo. xxxij	Henricus.I.fo.	Solarius fo. vij
Burcard <sup>o</sup> .I.fo. xxxij.	Henricus.ij.	Theobaldus fo.xxx.
Bertoldus.I. fo. xxxvij	Henricus.iiij.fo. xxxvij	Valentinus fo.vij.
Bertoldus.II. fo.	Henricus. iiij.	Vto.I. fo.xij.
Burcardus.II. fo.lix.	Iustus fo.vi	Vto fo.xvi
Cuno fo. xxxi.	Ioannes.I:	Vto.ij. fo. xvij.
Conradus.I. fo. xxxiiij	Ioannes.ij.	Vto.iiij. fo. xxi.
Conradus.II.fo. xxxv.	Ioannes.iiij. fo.liiij.	wigemus. fo.xiiij
Conradus.III.fo.xliij.	Landebertus fo.x.	wandelfridus fo.xiiij.
Conradus.III.fo.lx.	Labolus fo.xi.	wilderolfus - fo.xxv.
Erlehardus fo.xvij.	Lambertus fo.lv.	wereharis.fo. xxvij
Ercfenbaldus fo.xxi.	Maximinus fo.vi.	wereharis.ij. fo. xxix
Florentius fo. vij.	Magnus fo.ix.	
Fridericus.I.	Magnebertus fo.xi.	

TELOS

Gerulius Sopherus  
Brisgoicus ad Lectore

Scriptis posthabitis lector facunde iocosis  
 Turbula que vatium delicia dedit  
 Perlege pontificum vitas: moreseq; decentes  
 Aurea quos virtus fecit inire polos  
 Vrbs quibus Argentina nitet tu quando thiam  
 Primus abhinc tuleras presul Amantem sacram  
 Digna quidem scitu cernes exempla probatam  
 Vitendi normam quis bene constituit  
 Ingenia at quorum vicis si pressa videbis  
 Haud vultu ducas sed meminisse velis  
 Inter bisenos habuit quos Christus amatos  
 Discipulos certe degener vnus erat  
 Hinc & qua dulcis polles Iacobe) facultas  
 Dicendi claret: famigerata prius  
 Nec non pontificum (celebras quos rite) sacrorum  
 Lucida portabunt te super astra: preces,

TELOS